

Les Bibliothèques Virtuelles Humanistes

Extrait de la convention établie avec les établissements partenaires :


- ces établissements autorisent la numérisation des ouvrages dont ils sont dépositaires (fonds d'Etat ou autres) sous réserve du respect des conditions de conservation et de manipulation des documents anciens ou fragiles. Ils en conservent la propriété et le copyright, et les images résultant de la numérisation seront dûment référencées.
- le travail effectué par les laboratoires étant considéré comme une « œuvre » (numérisation, traitement des images, description des ouvrages, constitution de la base de données, gestion technique et administrative du serveur), il relève aussi du droit de la propriété intellectuelle et toute utilisation ou reproduction est soumise à autorisation.
- toute utilisation commerciale restera soumise à autorisation particulière demandée par l'éditeur aux établissements détenteurs des droits (que ce soit pour un ouvrage édité sur papier ou une autre base de données).
- les bases de données sont déposées auprès des services juridiques compétents.

Antwerp Cat 1705-2

AONII PA
LEARII VE
RVLANI

De Animorum immortalitate,

LIBRI III.



L V G D V N I A P V D S E B.
G R Y P H I V M,
1536.

JAC. SADOLETVS CARP.

E.P. SEB. GRY=

PHIO S.

SVPERIORIBVS proximis diebus, cùm esset allatus ad me liber Aonij Palearij, de immortalitate animorum, præclaram inscriptionem præfestrens, eamq; rem totam heroico carmine cōplexus, legere cū statim quādācē coepi, quasi tentaturus, an promissō satis faceret, qui tam sublimem titulum operi suo præposuisse: atq; ibi video id, quod mihi primū summae uoluptati, deinde penē incredibili fuit admirationi: rem tantam, quātā altera nulla est, quæ quidem ingenij proposita sit, et considerationibus, tam grauiter, tam eruditè, tam etiam ex uerbis, et numeris aptè, atq; elegāter tractatam esse: nihil ut fernè nostrorum temporum legerim, quod me in eo genere delectarit magis. Nam nec sententiarum, orationisq; ubertas in tam diffīcili, ac penē spinosa materie ulla desideratur: nec in exponendis rebus reconditissimis lux, atq; facilitas. Numerus porrò carminis is est, ut uideatur Lucretiū uelle imitari: redolet enim antiquum illud: Sed ita sapore humanitatis conditus est, ut asperitate dimissa, uetus statis tamen autoritas salua remaneat. atq; hæc in uniuersum. Illa iam partium singularium propria, nihil nō latinissimè dictum, nihil non accuratè, quo uic iudiciū, ac diligentiam adhibitam esse non pateat: multaq; præterea ubiq; nitentia ingenij, et uenua statis

statis luminibus: et, quod ego pluris quam reliqua omnia
 facio, Christiana mens, integra, casta; religio, erga Deum
 ipsum honos, pietas, studium in eo libro uel maxime, non
 solum docere mentes errantium, sed etiam animos incen-
 dere ad amorem pure religionis possunt. Sed quorsum hæc
 mi Gryphi? Primum uolui dare testimonium apud te do-
 cissimo uiro, ut quid de eo sentire, tu plane cognosceres:
 Deinde à te petere, id quod ipse quoque, cuius uolo causa,
 & petit à te per literas, & summe flagitat, ut eius hosce
 treis libellos tuis formis exprimēdos curare uelles: in quo
 ille ualde suo honori, ego mæ cupiditati satisfactum fore
 abs te arbitratur sumus. Noli enim putare, nō apud Ita-
 los omnes tuū esse nomē in magna gratia: Quicquid pro-
 dit ex officina tua, id ita demū & rectū, & probatum ha-
 betur omnibus, si in eo tuū nomen sit prescriptum. Nota
 est enim bonitas, & diligentia tua, nota eruditio, quid igit
 tur restat, nisi ut tu & bonis, & amantibus tui morem li-
 benter geras? quod tamen semper sponte tua facis, nunc
 mea etiam causa facere propensius debes, qui mæ fidē,
 atque officium in hac re agi iudico: sum enim (ut tu scias)
 in hoc ipse libro honorificissimè appellatus (secundo,
 ut opinor, uolumine) ut tibi hæc opera, mibi quoque una
 cum Aonio, non ipsi soli præstanta sit: quando quidem
 tu me amore iampridem, atque obseruantia tua misifice es
 cōplexus. Nec erit cur te poeniteat hūc talem libru Actij
 Synceri, & Vide doctissimorum hominū, ac præstantissi-
 simorum poëtarum operibus adiunxit, cum quibus iste
 certè iure comparari potest: nam & in eadem argumenti

a > senten

sententia, sanctitateq; ornatisimè uersatur, ex philosophie præterea rationibus uberius est instructus. Sed hoc tu per te æquè bene cognoscas. Illud utiq; tibi persuasum habere debebis, q; cquid in hac re ex mea et Aonij uoluntate effeceris, id utriq; nostrū fore gratissimū. Vale mi Gryphi. Carpenteracti III. Cal. Iulij, M. D. XXXVI.

ORGETORIX SPHINTER
CAROLO LAVRENO
S. D.

Rabularum genera multa semper fuisse non ignoras, quorum illud quidem arrogans, maximeq; odiosum est, quod his temporibus irrepens prouincias omneis occupauit. Quotus enim quisq; est, qui quam primum latinos libros attigerit, de stylo ipso, & dicendi genere quodam perfecto nolit dijudicare? hem ut imperiti, & indocili homines miseris temporibus, rem difficilem, & magnam sibi arrogant, putantq; in iudicatione, que de literis est, nihil ipsis esse ingeniosius, nihil fieri posse acutius. Quod si ex Ciceronis libris clausulas treis furari iam didicerint, ex quibus pufillam aliquā epistolam insuauiter texant, ut Diū immortales se se ipsi salutant, quibus letitijs titillantur, quos se se oratores factos somniāt. Quod si epigrammata duo ex alienis ueribus conflata, aut ad summū tria accesserint, que quidē ab alijs uideri, & recitari non sināt, sed ipsis quadā moderatione uocis, & suauitu gestu adiuuēt, tantos sibi spiritus sumūt, ut uix frendi pudeantur. At si in eorum manus aliqua, ab alijs que scri-

pta sint, uenerint, putas tu illos ea legere, ut quæ legant
 intelligant? Legunt porro, ut si tantillum offendent,
 quod oppugnare possint, conclamant, senatum cogant,
 ut ihs, qui ipsorum simillimi sunt, ea recitent, quibus uul-
 go doctiores habeantur: hac in re cogitationem, et men-
 tem omnem figunt: quo certè fit, ut inepti, imperiti, ru-
 desq; Philosophiam, et eas artes, quibus bona studia sem-
 per uigerunt, miseri nunquam attingant. Alterum ge-
 nus est eorum sane perridiculum, qui uultu seuero, et tri-
 sti quadam incedunt: ij rogati sàpe, si tandem oculos in ali-
 oru scripta coniecerint, nihil est quod laudet, nihil quod
 probent, delicatiq; admodum uix binis uersiculis lec-
 tissimis, ac stomachantur: tum ibi si quis præterea loci
 quicquam laudauerit, uenusto quadam oculorum obtutu-
 perbelle rident. Hi nunc, mi Laurene, docti habetur, estq;
 eorum non mediocris copia. tu uide in quæ tempora inci-
 derimus: uolo tibi planè eorum ingenia commemorare, ut
 scias qua arte freti doctrinæ sanctissimū, et grauiissimum
 nomen arroganter sibi asciuerint. namq; ineptissimi cum
 sint, uelintq; haberi doctissimi, nihil potius ducunt fore,
 quam si à scriptionibus se abstineant, fingantq; id inge-
 nij acumine facere, et consilio diuinæ ciuusdam pruden-
 tie, et modestia pleno, quod scilicet nihil inueniat, quod
 aures eorum capaces cumulate completere possit: dicunt
 itaq; , hac ratione perdiu se à scriptionibus abstinuisse.
 Hos ego, aut horum laxatores, quos habent plurimos,
 si qui me conueniant, soleo non infacetè Socratis dicto
 abigerè: Perpendamus, ille inquit, si quis ineptus tibicen

sit, uel itq; uideti eiis artis peritisimis, multa primum de
 percusionum modis, quæ à bono tibicine dici solent, ple
 raq; quæ ad artem uix attinent, iactanda sunt: nonnulli
 deinde laudatores parandi, nunquā uero ip̄i tuba canen
 dum est: quod si tentarit, fore, ut repente ridiculus habeat
 tur. Nō ne tibi uidetur semper sapietissimus Socrates? Ho
 mines, inquit, hosce spectemus, atq; eos qui statuas faciunt,
 caendum ne uerbis nos adducant: at illos multa posse
 præstare facile credamus, quos affabre aliquod fecisse ui
 derimus. Εὐθυμόμακτα γάρ εἴλει μη ὁπλοῖς αὐλαῖς, σολῆν
 βουλεύει, τι ἀριστὸς ποιήσει φέν, δέ τοδὲ τέχνης πειρα
 τῶν τὰς ἀγαθὰς αὐλαῖς οὐ τούτῳ ποιητὴς ἐπράκτων
 σίοι, ἀλλὰ μηδὲ ἔργον γε. Σολαῖαι ληπτέον τὸ σθόνος ἐλεγχόσθαι
 γελοῖσθαι. Τὸς μὲν αὐτὸς ποιεῖταις σοκαράζονται οὐδὲν λόγοις
 αὐτῶν τεκμαρίουσι, ἀλλ' ὅπλοι δρόμῳ τὰς πρόσειραν αἰδηρίαν τας
 τοῖς ἔργοσι μάκρῳ τούτῳ πιστόν οὖν κατὰ τὰς λογικὰς εὗνταις.
 Noſti socraticum, quod ego utrumq; ad horum homi
 num agnitionem aptè conuersti. Dices fortasse, Quid hæc
 Sphinter ad Laurenum? Ingrediar iam ad explicandam
 rationem epistolæ meæ. Acceperam superioribus diebus
 Aonium, quo familiarissime ueris, de animorum immor
 talitate libros treis scripsisse: quos cūm uidendi, ex legen
 di miro desiderio tenerer (mirifice enim me delectant,
 si qua sunt uel philosophica, uel Christiana latine scri
 pta) petij ab eo sepe per literas, ut sui mihi libelli copia
 am facerent: quod ille negauit omnino se esse facturum:
 nam qui sibi uersus essent, scire se certo dicebat ē capsula
 excire non esse ausuros: uerebatur enim, ut video, bonus,

7

et pudens iuuentis, ne in horum rabularum uoculas aliquas incurreret: quam ob rem, ut scis, tua ego opera usus sum, ut per te impetrarem, quod per literas consequi non potuisssem. Legi itaq; per quam lubenter eos libellos, quos ad me misisti: quorum singula carmina ornata, et elaborata mihi uisa sunt, atq; eiusmodi, ut acriter accusandus usus essem, si cum me mirum in modum delectarint, alijs legenda non dedissem. Quid enim primo eius libro sanctius, aut diuinius: quid secundo eruditius: quid tertio ue- rius exco gitari potest, aut dulcius? Nam quod ad canes attinet, qui luce quoq; latrant, et mordent, admonitos eos opinor non expectare ut rursus crura ipsis suffrin- gantur. Hosce itaq; libellos nunc ad te remitto, ut per quem acceperim, eidem et libelli, et maxi- ma gratia referantur, simulq; ut me in Aonij tui, uel iā nostri, ami- citiam quam potes inti- mu insinues. Vale.

Calen. De-

cembria-

bus.

4 4

AONIVS PALEA

RIVS PETRO PAVLO VER

gerio, apud pium, felicem, potentissimum Re

gem Ferdinandum oratori pontificio

S. P. D.



ET RVS Bembus, quem tu ob multas
diuini eius ingenij suavitates, exquisitā
doctrinam, singularem sapientiam miri
fice diligis, quicq; te ob animi præstanti-
am, mores ornatiſimos, digna homine
nobili studia, amat ucheinster, subrustico, qui diu me à
scribendo deterruit, pudore, & timiditate quadā non in-
genua penè liberavit. Neq; enim debere me, uir summa
prudētia aiebat, à te, qui ea gratia, & humanitate eſſes,
tam timidi contendere, quæ honestæ petitionis specie ha-
bere uiderentur. Cum itaq; de tuis laudibus que à Bembo
dicebātur, uerijſima eſſe intelligerem, adhortatus sum ip-
ſe me, & ſic animo ſum constitutus, ut mihi factus eſſe ui-
dear audax, quam ſoleo, pluſculū. Nam certe quidem ab
eo, quem nunquam uid̄ris, magnum aliquid petere, pu-
dentis hominis non eſt. in qua ſententia diu permāſiſsem,
niſi forte mecum cogitare coepiſsem, libellos meos, qui
de Aniſorum immortalitate ſcripti ſunt, non poſſe tibi
eſſe non iucundiſimos, quod Ferdinandō potentissimo,
& ſapientiſimo Regi, cui tu ob uirtutem eſt acceptiſi-
mus, & propterea etiam gratiosus, dicati eſſent. Nam
cum mihi eam queſtione, quæ de humanis animis eſt,

perd

perdifficilem sanè latinis ueribus explicandam proposi-
tussem: iudicauit me præclarum nihil consequi posse, nisi
quenquam prius mihi uelut Deum aliquem statuisse. so-
let enim fieri, ut spes quadam non inaniter à nobis in ali-
quo posita, libenter que magna, quæq; ardua sunt, susci-
piamus, & feramus pulcherrime. mirum uero est, ut ego
Rege illo implorato in ipsis carnibus, uisus sim omni
ex parte adiutus: nam in angustijs sermonis quibusdam,
& difficultibus non exiguis, illuxit mihi Ferdinandus
diuinum quasi aliquod lumen: quare cum eos ipsos libel-
los absoluisset, magnum mihi desiderium accessit, ut ad
Regem perferrentur. Quam ob rem ego te per deos, per
ingenium, per fortunas tuas oro, mi Paule, ut in ea re me:

non uulgari commendatione adiuues: ut intelligat

Rex, me spes omnes à puerō in se uno collo-

casse, sperareq; nunc ita ipsi meos li-

bellos, & incredibile hanc ani-

mi propensionē fore ac-

ceptam, ut nunquā

poeniteat me

laboris,

& industria mee.

Vale.

LIBRORVM SECTIO,

ET INDEX.

Questio omnis de Animorum immortalitate tribus à nobis libris pertractata est. Nam cum quidam, qui vulgo à Græcis athei dicti sunt, Deos nullos omnino esse cederent, atq; ex ea re animorum mortalitatem firmissime assuerarent, aduersus hos primo loco consistendum fuit. Itaq; in primo libro Deum esse, qui mundum omnem regat, ex certissimis Stoicorum, & Peripateticorum rationibus, quorum acutissima ingenia semper fuerunt, demonstravimus. Deum præterea ad cœli uniuersitatem sedentem preces bonorum audire, neq; affernari (Non enim defuerunt qui id affirmarint) quin eo piè, sancte q; culto maxima eius in homines, & nō obscura quedam beneficia extitisse: cumq; de ijs orbibus quibus infixi sunt errantium stellarum cursus, & de eorum constantia dicendum esset, ut nō oportet ostenderemus, multa mei + va λόγη τοῦ θραύ, quas nos animas, & animos cœlestes possumus appellare, è media Chaldaeorum recondita, & sanctissima disciplina, ac vetustissimis Græcia sapientibus accepimus, tum quod per hos nonnulla gerenda esse in tertio libro dicturi eramus, tum quod res ea ueribus digna uideretur. Quoniam uero ex eternis illis mentibus animi hominum generi dati dicebantur, non alienum fuit perscrutari, quænam mentes illæ essent, an Deus unus, an plures, an ex cœli motu, & luce, an ex tuis vides ducere, an ab ipso Deo animi corporibus hominum iungentur.

Itaq;

Itaq; in eo libello cum de ijs ipsis satis esset dictum, de
 animi ortu, deq; eius partibus, ex doctissimorum homi-
 num monumentis, multa à nobis collecta sunt, pleraq; illue-
 strata. Quam ob rem cùm praeclarè fundamenta iecisse ui-
 deremur, in secundo libro Stoicorum, & siquæ erant Pe-
 ripateticorum rationibus, immortales esse hominum ani-
 mos probauimus: in tertio cum quedam firmissimus ar-
 gumentis muniremus, magna ex parte sanctissimos viros
 theologos (utar eo sanè libenter uerbo, cum iam latinum
 sit) & eos in primis Christianos, καὶ τῷ ἀληθεῖ ἀληθε-
 στρῳ, ut aiunt, secuti sumus: in quo certa esse, & eternæ
 quedam bonis uiris constituta præmia, malis uero suppli-
 ciorum exempla omnia: tum multa de ea rerum fatali ne-
 cessitate, quam iniquiūnq; vocare solent, prosecuti-
 sumus: ita ut in ea questione, quæ certè qui-
 dem perdifficilis, & perobscura sem-
 per habita est, latinis uersibus,
 quantū in nobis fuit, ni-
 hil homines nostri
 desiderare
 posse
 uidcantur.

Q V A E S I N G V L I S L I B R I S
C O N T I N E N T V R.

L I B R O P R I M O.

Naturam aliquam prestantissimam esse, quam Deum dicimus, homines intelligere posse: cius uero διαφορα, quam Peripatetici uocant διαιτητικη της δυστιχα, ne ipsos quidem τους την θεων θρησκειαν, quorum intelligentie uis est acerrima, posse intelligere. *Pagina. 21. Versu. 23.5*

Deum cum se ipse uideat, cetera uidere omnia. *23.5*

C 24.28

Διδητω προνοιω, que ex providentia dicitur, tempore statum mutationes, ex uicissitudines Veris, Aestatis, Autumni, Hyemis fieri, ex eorumque constantia Deum esse recte intelligi. *23.13*

Deum ex κυριωτεων του δυρκων, hoc est, ex coeli motu, ex distinctis eius conuersionibus maxime percipi. *24.18*

Deus cum omnia excipiat, infitque in omnibus, soluta tamen quedam mens est, et ab omni rerum concretione segregata. *25.17. C 26.6*

Deum humana imbecillitate nos plenè, cumulateque percipere non posse, sicut nec intueri Solem aduersum, quod eius radijs acies nostra sensuque uincatur. *26.13*

Ex rerum pulchritudine, et admiratione, posse homines intelligere Deum esse. *26.27*

Dei providentia Mundum administrari, nec ob eam rem molestis negotijs, aut operosis esse implicatum. *27.8*

Attributas esse singulis stellis errantibus singulas animas,

mas, que prestantem intelligentiam habeant, quæq; or= bēm suum mirabili celeritate contorqueant: hæ cùm tem= pore immenso obseruatos cursus confiant, percepisse homines, Deum aliquem, qui tantis motibus præsit, vixq; hoc est principatum, obtinere. 29.23

Permagnā esse Animarum multitudinem, quæ à mor= tali concretione se iugatae aetheream mundi partem inco= lant. 28.11. ET 30.21

Profectos esses multos Dei uocabula, et fecisse no= mina, et si Deo nomen non sit, ἐσὶ γὰρ δὲ πνεύματα. 32.3

Diuinorum nominum enodationes, acceptas quidem ex Chaldaeorum, et Iudeorum sanctissimis disciplinis, ut rei nouitatem minimo fastidio essemus ijs, qui nostra lege= rent, iudaicis literarum notis, aut chaldaicis (ut fortasse feceramus) hic exscribendas esse non duximus. ea uero nomina in Latinum conuersa, qui iudaicas literas attige= rint, quām primum agnoscent. 32.5

Deum rerum omnium dominatum habere. 32.5

Deum præpotentem esse naturam quandam. 32.5

Deum singulis singula sufficere, quem extrellum om= nia cingentem dixerat Cleantes. 32.6

In Deo treis énoscere esse, et si ipse unus fit, quod ex mysterijs Christianis scire licet, quæ nostri maiores augu= sti, sancteq; consecrarunt. 36.14

Deum coelum, terras, maria transmittere, et ubiq; esse, quod in Saturni laudatione legitur διόνομος καὶ νάν= τα μερηκόμενοι γενέρχει. 25.19

Cleantes Deum altissimum appellauit. 32.7

Aeter

Aeternitatem in deo esse, quam nulla temporum circa
cunscriptio metiatur: id ueteres illi Iudeæ sapientes miri
ficerunt una uoce significarunt, quæ Qui fuit, Qui est, Qui
erit, una comprehendit. 32.10

Deus à sapientissimis Iudeorum uocatus est exerci-
tuum Deus, et quare. 32.12. Et 32.28

Davidis Hierosolymarū Regis cū Goliade pugna. 32.14
Epeirotici ducis cuiusdam, qui Scandaribethus dictus
est, cum Partibus pugna. 33.7

Deum optimum maximum unum esse, nec plures in
Deorum numero reponere licere. 34.6

Ex materia rerum omnia exprimi, atq; effigi corporo-
ra, quæ illa dicta est à philosophis. 37.10

Prima corpora, quæ Græci σοιχά, nostri elementa uo-
cant, in concretis corporibus mixta inesse. 37.19

Motum rebus ipsis ex cœli motione, oculorum uero
sensum ex luce eiusdem tributum esse animatibus. 37.22

Animantem partem, quæ in plantis uiget, quæq; in
animalibus sentit, ac mouetur, ex tuis ðñis ðvñætew, et cœ-
li motione substitui. 38.8

Iracundiam, formidinem, libidines, et animorum con-
citations, quas Græci νάθ uocant, nostri morbos, cor-
porum temperationes sequi: eam itaq; partem, quæ sen-
sum, quæ appetitum habet, non esse ab actione corporis
se iugata. 38.13. Et 39.18

Eam animi partem, quæ rationis, et intelligentiæ
particeps est, tum maxime uigere, cum plurimum absit
à corpore, et in eccliam usq; penetrare. 39.23. Et 46.13

Naturæ

Naturas rerā quatuor sursum, deorsum, ulro, citroq;
commeantes, quæ solexā à Græcis appellari diximus, in
suis omnino locis conquiscere, istam rationem, arq; ordi-
nem sequi corpora mixta. Animi uero hominū, cùm in re-
bus caducis non conquiscant, sed ad diuinās, & eternas
sua natura ferantur, in illis locis, ad quæ spretis corporibus
euolent, & excurrant, quieturi deniq; uidentur. 40.3

Animos consilij, & prudentiae, & rationis compotes
à Deo creari, membrorumq; admirabili quadam fabrica
x l v. dieb. absoluta in corpora ipsa infundi. 41.4

Alias esse corporis, alias animi partes, easq; inter se
dissidere, & pugnare acriter: illas terrenæ quedā illece-
bræ delectant, quæ sequuntur: has rationis, & mentis par-
ticipes elucere diuinum quasi aliquod lumen, & sese ad
ardua, magna, eternaq; capescenda uegetas, acreisq;
præbere. 41.13

Q V A E S E C V N D O L I B R O
C O N T I N E N T U R.

TH̄N λογικὴ δύναμις quād nos animam rationis par-
ticipem dicimus, & mentē duo diuersa omnino esse:
itaq; aliud est mens, anima ipsius internuncia quedam,
aliud anima. 45.10

Animam λογικὴ, quād & animum iam appellare con-
sueuerunt, neq; corpus esse concretum, neq; aliquod qua-
tuor principiorum, ex quibus omnia nata esse dicuntur:
cū cogitare, prouidere, tam multa inuenire in nullo ho-
rum quatuor generum insint. 45.21

Aiam consilij participē corpus nō esse, neq; corporeana
tura

16
tura constare, quod ea, quae corpora non sint, sua natura
comprehendat.

Animam rationis compotem, corpus non esse, quod ea
ui, qua corpus effertur, exultatq; ipsa deprimatur, et mi-
nime uigeat.

Animi hominum aeterni sunt, quod eis κύλλον moueantur,
quod est, in eodem reuolvi, et in seipso reflecti. 46.23

Animum in corpore ἕρμονικόν, quod est principa-
tum, obtinere.

Animam λογικήν tum maxime uigere, cum plurimum
absit à corpore

Quod ἀπλόν īsi cum ad nihilum non posse recidere;
Anima hominis τὸν ἀπλούσατων cū sit, neq; mixtum quic-
quam, neq; ullum ex quatuor primis corporibus, sed
quædam natura quinta seiuincta ab his usitatis, notisq;
naturis, interire non potest.

Animam rationis participem τὸν ἀπλό τὸν γῆς (dis-
cerem, si liceret, materialem formam) non esse. 47.27

Animus humanus immortalis est, quod nō pānisa κα-
θόλον πορρωτάτω τῷν ζιθησαν, quod est, quod maxime unia
uersalia (dicant melius qui inuenient) quæ longissime
à sensibus absint, comprehendat.

Animos non posse interire, quod nulla ijs sint contra-
ria, quæ invocant, ea uero nos animo simul compre-
hendere posse, quod animo neq; contraria sint, neq; pug-
nantia.

Animos nostros aeterno tempore duraturos, quod
ipſi aeternitatem, quam nulla temporum circumscrip-
tio metiatur

metiatur, cogitatione complectantur, quod in immensam, interminatamq; magnitudinem regionum, quod in infinita numerorum incrementa sese intendant. 48.23

Humanus animus diuinum quiddam est, cum rerum omnium formas posse induere, et quiduis cogitatione consequi. 49.9

Aeternitatis, et immortalitatis desyderio ardere homines. 49.23

Animantia omnia summo studio ea desyderare, que sequi possint, idq; esse in primis à natura tributum animantibus. 51.8

Immortalitatem omnino nullam, cuius miro desyderio tenentur, homines consequi posse: at triste ipsis desyderium relinqu, si eorum animi intereant. 51.11

Aetate omnia senescere, exustionibus, atq; eluisionibus nihil esse eternum, nihil diurnum, nouari omnia, et syderum motu, ac ui magnas rerū fieri mutationes. 51.15

Animi diuinitas ex celeritate motus percipitur, quod nihil eo sit uelocius, aut celerius. 53.12

Ridicula sanè esse quæ à Democrito dicuntur, ex atomis quibusdam concurrentibus, dum inter se cohæreat, fieri animas: nam quod semper certo tempore fit, non est fortuitum: neque animaduertisse quid ipse dixerit, nempe si illud ita se habet, sine corporibus animæ esse possent, quod ipse in primis negat: itaq; pugnantia esse locutum Democritum. 53.23

Animam non esse ignem. 54.11

Animam nō esse harmoniam, aut numerum. 54.20

Tantum donis, suisq; muneribus consecutam esse Naturam b

turam, ut sat conflet, dum ipsa hominem effinxerit, felicem, fortunatumq; animantem uoluisse cōstituere. 55.4

Quām liberaliter Natura nobiscū egerit, hōies rebus omnibus frui, rerūq; omniū in illis ēsse dominatū. 55.6

Calamitosum, maximeq; infelicem, & unum omnium miserrimum animantem ēsse hominem à Natura constitutum, si cum corpore animus quoq; intereat. 57.13

Grauiſimo, & firmiſimo argumenio eft, animos ho- minum diuinos, & immortales ēſſe: quod concitatione quādam ſoluta, & libera à corpore longē abſtracti, futura p̄ſentiant, hoc mortale quidem non eft. 60.23

Davidis cantilena. 61.12

QVAB TERTIO LIBRO CONTINENTVR.

Quod homines libidinum cupiditatibus efferrentur, intenderentq; ſe in eas animū, & inquinarent, conſtitutas ēſſe certas quasdam poenarum leges à Deo, quibus illi obligarentur. 64.14

Facere homines arroganter, qui putent facinoroforū animos Dei mandato nō posſe ad poenas trudi, qui que uelit poſit efficere: qui immortalem animā cum mortali corpore copularit: qui equiſsimus fit. 65.25

Qui boni viři fuerint, ſi paululum admodū à praecipuis aberrauerint: item qui maximis in erroribus uerſati ſint, ſi in uitiam redierint, eorum animos in locū deuenire, in quo labem omnem eluant, atq; abiijciant, mox expurgatos in bonorum cōtus aduolare. 67.3

Que de infiris à Christianis dicuntur, non negligenda ēſſe, aut neganda, quia ea nunquam uiderimus: multa quidem

quidem esse istiusmodi, que quis fabellas non prius desierit appellare, quam oculis uiderit. 69.4

Fontem, qui ad Hammonis fanum est, noctu feruere, interdiu huius aquas nullas esse frigidiores. 69.11

Magnetem lapidem ferrum ad se allucere, cuius rei rationem afferre non possumus. 69.18

In calcem aqua coniecta ignem concipi, qui si oleo aspergatur subito extinguitur. 70.8

Scire nos multa nunc certò esse, que nunquam fieri posse maiores opinati sunt. 71.15

Fulmen non imitabile appellatum est à ueteribus, quod nunc fistulis ferreis, & senecteis quibusdam homines imitari certum est. 71.17

Nullā cōsolari spem eos, q̄ ad iferos sint amādati. 73.5

Stultiissimum est existimare talionem, aut legē quāvis diam, que de reorum supplicijs lata sit, & equabilitatem omnem animaduersonis in reos habere: ea in re postquam ē uita discesserimus satis à Deo esse prouisum. 73.9

Cum misericordia perditisq; temporibus frequentissime bonis male eueniāt, improbis optime, necesse est (ἔχει γὰρ θεὸς ἀδικοῦσα) rem hanc non semper ita se habere, sed pro ea aequitate, que in Deo summa est, fore aliquando ut bonis benē perpetuō sit, malis maliē. 74.4

Ridicula esse inuenta eorum, qui dicunt animas corporibus elapsas, seu in pecudum, seu in hominum corpora migrare. 74.24

Iudicia certa, seuera, acria constituta esse puniendorum maleficiorum causa, & ut boni maximis præmijs afficiantur. 75.18

Anteq; ea iudicia fiāt, signis qbusdā multa necesse esse declarari: habere itaq; signa hoīes quæ obseruēt.	75.27
Bellum nefarium, horrificum, tēterrimum ubiq; ter=	
rarum, & gentium futurum.	76.2
Annonæ angustia, & rei frumentarie summa ino- pia.	62.21
Pestilentia.	77.19
Pseudomeni multi, qui & mentientes, & Pseudochri- sti aptè dicuntur.	78.3
Terræmotus horribiles.	78.6
Solis, & Lunæ, syderumq; reliquorum excessus è mundo.	78.12
Pensées, & mare uniuersum uastissimo æstu effrue- scens.	78.22
Crucem auream, regium Dei insigne, ea cœli parte qua ad orientem Solem sp̄ctat extollendam esse.	79.23
Mundū omnē necesse est ad extremū ignescere.	80.7
Mundi qua renouatio, quiq; rerum ornatus futurus sit, nullis iam tempestatum mutationibus.	80.26
Deo fore curæ, ut anima suis corporibus restituauan- tur, omnibus itaq; in uitam esse redeundum, quos nulla postea mortis fata periment.	81.13
Corpora eadē hominum quæ occiderunt, quæq; cinis sint, in pulchriorem specie, & formam redigenda.	82.1
Dei optatissimus aduentus, uel potius redditus in ter- ras.	83.10
Malorum amandatio ad inferos, ad cruciatus, & sup- plicia perpetuò preferenda.	84.15
Bonorum fatalis, & sempiterna felicitas.	86.4
Aonij	

22

AONII PA-

LEARII VERVLANI

de Animorum immortalitate

LIBER PRIMVS.



ELICES animæ, cœli omnia
potentis alumni,
Astrorum decus, et qui uerfico-
loribus alis
A ethera tranatis liquidum, qui
sydera, quicq;
V oluitis ingentes magnis antra-
tibus orbes:
Quandoquidē genus omne hominū, genus omne ferarū
Per uos exoritur: per uos à luminis oris
Digreditur: magni ad nutum sic omnia Regis
Quæ geritis: Regis quoniam uos maxima cura:
Uos mare substratum uentis, turritaq; tellus
Concelebrat: uos arua sonant, quæq; inuia lustra,
Quæ dumeta tenent, quæ propter rauca fluenta
Dulce canunt uobis magnum per inane uolucres.
Uos mortale genus primi docuistis ad astra
Ire uiam ducentem, humili quo se quoq; posset
Tollere humo, et cœli sanctum internoscere Regem.
Vestra ego fretus ope, ingredior loca, nullius ante
Trita pede: et quoniam uestra hæc, equiq; boniç;
Munera uos facite, et sancto aspirate labori.

b 3 Vnde

Vnde canam quæ nusquam audita prioribus annis,
 Qui motum rebus genitalem ipse ordine certo
 Dididerit rerum pater: ut creet unus, alatq;
 Omnia, quæ mundo generatim secla propagant.
 Mox ego quo tantus cœptus labor, expediam quæ
 Signa olim ueteres, quæ sint exempla secuti,
 Dum partem nobis diuinae mentis inesse,
 Hæc austusq; aetherios certa ratione probarunt.
 Nec minus ecquæ animas sedes, quæ præmia uite
 Quenq; bonum tandem maneant, quas pendere poenas
 Conueniat fontes, & fata arcana recludam.
 Tuq; adeò decus egregium rex magne Quiritum,
 A urea cui longum sese Capitolia seruant,
 Structa bono auspicio se moenia Romanorum,
 Ferdinandi inuicti, tuis Germania seu te
 Detinet imperijs lata, & tibi maxima regna
 Annuit, Oceanus quantum pater alluit undis:
 Seu te Pannoniæ Regem admirantur utræq;
 Magnanimum, ingentem: nodram ne deßpice Musam.
 Quin & subueritam, perfusamq; ora rubore
 A cepte quo uultu, atq; animi moderamine fratrem
 Regnatorem orbis florentem laudis honore
 Cæsis in magnis belli, pacisq; serenas.
 Principio stellis molem radiantibus aptam
 Certam aliquam regere, & moderari numine mentem,
 Quam dixerit Deum, nonnulla exempla monebunt.
 Quas tamen is sibi sufficiat longo ordine uires,
 Et quantus, qualisq; incedat, ubi omnibus ornat

Divitijs

D iuitijs se:non qui caligine caca
 O ffusi degunt, sed nec supra alta tenentes,
 N oſſe queunt; ſoli quamuis accedere partes
 A recanas auſint, Regisq; inuifere ſedes.
 I lle quidem ſacros aditus, penitusq; repoftos
 A dſeruans, ſeipſum tantum (mirabile dictu)
 D um uidet, eternos ignes, & moenia coeli
 P roſpiciat, & mare nauigerum, & dura equora terre,
 E t uarias rerum formas, & quicquid ubiq; eſt:
 D umq; ipſum ſpectat ſe, ſancto incenſus amore
 I pſe ſui, genus omne hominum, genus omne ferarum,
 I ngentemq; ingens arcte complectit: ur orbem.
 N ec mora nudatas hybernae tempore brumae
 V ere iubet dulci intonſas reuircere ſylvas:
 E t que nuper erat letis ſine frondibus arbor,
 I mportunæ ſedes non inficta uoluci,
 P arturit, & uiridi ueftit ramalia fronde.
 I pſi iam dum, & spinis rubus aſper acutis
 D uritie poſita melior, cytisiq; geniſtaq;
 A ugent ſeſe anni felicibus ornamentiſ.
 I am nemus umbroſum, reſonant iam cantibus urbes
 A litrumq; hominumq; ſcre per pabula leta
 I mmemores hymnis, ſextu aucta progrediuntur.
 V erum ubi Sol terras grauiori accenderit aſtu,
 F laueſcunt ſegetes, ſiliquisq; ſonantibus agri
 L etitia agrestes augent, parat horrea moffor,
 A equatamq; graui glebam ſolidare cylindro,
 D um nemori Phœbus crescenteis inuidet herbat.

Mox uero ubertas Autumnus iam senis anni
 Infert se, ipsa iacent iam strata sub arbore paſim
 Malaq; castaneaq; nuces, & cerea pruna.
 Non tamen exegit sua tempora pomifer annus,
 Et tridus subrepigit hyems, & nubila tota
 S parguntur celo, iamq; est sine frondibus arbor,
 Descenduntq; niues e uerticibus praeruptis,
 Et rapido Boreas tellurem turbine perflat. •
 Hic ordo rerum, & series repetita quotannis
 Sollicitis acuit curis mortalia corda.
 Unde parens etenim tellus tot sufficit herbas?
 Unde solum incultum dudum, & graue pondus, inersq;
 Submittit uarios ullo sine semine flores?
 Nempe aiunt qui doctrine prestante labore
 Suppeditant precepta, grauis solatia uitæ,
 Aera per tenerum tacitum descendere celo
 Humorem ex alto, quo uno est uberrima tellus.
 Non satis id nosse est, peraganti mente sagaci
 Maiora explorare animus, quibus humor ab oris
 Ille ruat, quando tellurem frugiferentem,
 Aerq; humectat liquidum, zephyrosq; reducit,
 Effigitemq; aliam mundus capit illius ergo.
 Cum Tauri hospitio excipitur Sol aureus, & iam
 Orniger illum Aries alio prospectat euntem,
 Letitia exultat coelum, totumq; repente
 Panditur, & terras diffuso lumine ueslit.
 Cum decus egregium Veneris pulcherrimus ipse
 Lucifer, aureolus mundi stellantis ocellus

Non

N on aliâs quantum seruando pro orbe laborat:
 T um pater ex alto descendit plurimus æther
 I n gremium matris terræ, optatoq; receptus
 V t primum sp̄eciat iucundam albescere lucem,
 R ore leui aspergit fragrantia floribus aria.
 Q ui uero ardenter Solis circumferat orbem,
 C andentem ut uisat stellato corpore T aurum,
 H æstat hic animus: quando est & credere dignum,
 N on ex se orbes, uerum aliquo impellente moueri.
 Q ui mouet hic etiam, cuiusquam si indiget usu,
 F retus ope alterius, non est hic maximus ille
 Q uem uestigamus, tandem fateare necesse est,
 E sse modum rebus, quenquam fateare necesse est
 P rincipium tanquam rerum: qui non tamen ullo
 A uxilio indigeat, moueat tamen omnia primus.
 H ic Deus, hic opifex rerum est, hic rector Olympi,
 Q uo sine nil sanctum, firmumq;: huc se omnia uertunt,
 O mnia contendunt, abeunt, redeuntq; uicissim.
 Q ualis, quam afficimus stellis ardentibus aptam,
 O mnia complexa est moles, hec æquora, terras,
 A éraq; atq; ignem capit, & complectitur una.
 E xcipit omnipotens latè omnia, rebus & unum
 S ese ultro, citroq; uolans mirè omnibus addit:
 Q uem tamē haud quicquā capiat, trans aethera, transq;
 A rdua testa Deum caput extulit ipse sua ui,
 E xuperatq; omnem sensum: uelut æquoris undæ
 V eliuoli angustum labentis fluminis alueum.
 P ræterea nil mens hominum scrutatur, & ultro

H ec ubi deuenit tandem ad delubra, quiescits
 H inc egressa alis firmis, et prepete penna
 I am melior Diuum circum uolat aurea templis,
 M iraturq; procul quem propter credidit esse
 R ectorem superium, qui cum loca compleat omnia,
 S emper abit, nusquam est, seq; in se continet uno.
 I pse omne est, quodcumq; uidet in luminis oras
 E xire, et quodcumq; etas fugientibus annis
 A bstulit, et seri ualeant spectare nepotes.
 I lle nihil rerum est, quas maiorum tulit etas,
 A ut quae sunt, aut quae longo post tempore fient
 Munere Naturae, uel temporis interuallo.
 A t qui contineat cum se pater edibus ipsis,
 M irum est, occultans ut gestiat ante uideri
 R egifice incedens turmis instructus Olympi,
 D eneget utq; omne os illud spectare uerendum
 Q uenqua hominu, quenqua Diuum, et cōtingere luce,
 I n gyro qualis percurrentis aureus alto
 S ol face flammanti, quanuis sese ethere toto
 S pectari uelit, et terris ostendat apertis,
 N on recta est oculis hominum iubar undiq; plenum
 P erspectum, quorum nobis acerrimus omnium.
 E st sensus: quod forte aciem pretendere si quis
 I am uelit, et temere radijs insisteret totis,
 N on feret astrorum princeps, perstringit at ipse,
 I pse aciem, sensumq; omnem spectantibus auferit.
 S at tibi sit Regem tantum nunc nosse Deorum,
 F as, et iura sinunt quantum: uel non satis hoc est

Cernere

Cernere te Naturæ opus egregium omniparentis?
 Tum' pictam afficias tabulam, atq; extare magistrum
 Certum aliquem haud dubites, scita qui finxerit artes;
 P oculi tun' spectes cælata, atq; aspera signis,
 P rotinus & claves, diuini opus Alcimedontis?
 Quicquid id est magnum, ab uideas, nec protinus ore.
 A dolames toto mundi ò Pater, Autor, & Altor.
 At uero hæc olli qui sunt mortalia curæ,
 Qui ue aciem flectat per tot diuersa, uidendum est:
 Quandoquidem causas rerum, quiq; ardua norunt,
 A strorum, cœliq; vias, malus impulit error:
 Ne e'ue labor superos aliquis, neu cura quietos
 Sollicitet, procul à uera ratione feruntur:
 Humanosq; animos, donum omnipotentis Olympi,
 H aud ueriti dixisse simul cum corpore obire:
 T antus amor doctas mentem excoluisse per artes.
 Ergo agitè illustres animi, quos uiuida uirtus
 E uehit ex humili liquidum super æthera terra,
 D icamus, nam scire licet quibus integra mens est,
 Qui pater omnipotens mortales lumine sancto
 Despiciat, spectansq; uacet tamen ille labore.
 Qualis prærupto in Lathmo sub nocte serena
 A erium gyrum aspettans, cœlumq; profundum,
 V na acie iam mille faces, mille ignea cernit
 Sydera conuexo latè fulgentia cœlo:
 Sic decus æternum, decus admirabile rerum,
 Et longè ex alto seductas æthere terras,
 Et mare uentosum, cæcisq; offusa tenebris

Tartara

T artara despectat, dum se circumspicit unum.
 Q ui uero labor hic: pulchrum qui temperat orbem
 A bsq; labore aliquo, & magno se corpore miscet,
 S i uidet impositas lapidosis montibus urbes,
 H umanumq; genus magnis propè Dijs æquale.
 A dde quod immensas uires non ulla fatigant
 T empora, non ulli possunt superare labores.
 I lli æterna quies, nec diuini immunit quid,
 P ræbeat & si ægris facile mortalibus aures.
 V t Sol æquoreas radijs cum corripit undas
 M ulta deo similes (componam maxima paruis)
 S i latum Oceanum fulgenti lampade lustret,
 N on madet, haud falso suscepit in æquore labem,
 M ane nouo surgens iisdem iubar ignibus ardet,
 P urpurei referens radiatum insigne diei.
 A n uerum, summumq; bonum dum uoce uocatur
 A nte aras, uarijs late florentia fertis
 C um delubra petit, cumulatq; altaria donis
 I nteger, & multa insignis pietate sacerdos,
 N on uidet, oblatosq; aris non sentit honores?
 H eu cadit in quenquam scelus hoc? qui id credere dignu
 D icere non metuat, si qua est reuerentia ueri.
 S i leges hominum, & sancta aspernare reperta,
 V itorem ne temne Deum, memoremq; nefandi.
 H oc est aut silicem duris in montibus illum
 D icere, uel chalyben, tantum suadere malorum
 M ens sibi cæca potest, densisq; sepulta tenebris.
 I nceptum peragamus iter: non scrupula nobis

Hec

Hæc tentanda via est, qua non impune viator
 P reterit, multa ue pedem cum laude reflexit.
 I am nibi celestum numen, sedesq; beatæ
 A ppARENT, ubi uera quies, ubi lampade lustrat.
 O mnia Sol melior semperq; innubilus aether:
 Q uo mala non properat Venus, et sceleratus habendi
 N on amor accedit: sed ubi mens conscientia ueri
 I psa suum agnoscit dominum, rerumq; magistrum
 A eternum, omnipotentem, Regem hominumq; Deumq;
 H unc tu iam signis liquidò cognosce uolentem,
 Q ui ueluti cum instructa acie Rex inclitus armis
 E gregios animo heroas legit, allegat usum
 S i ueniat, Martis cum res, et tempora poscunt,
 V t resides turmis, desuetaq; pectora bello
 A dmonent, hortentur ad horrida promptius arma.
 E rexere animos omnes, atq; ordine facto
 Q uadratum iam animosa acies consistit in agmen,
 E t parat aduersos hostes discludere uallo,
 A ltaq; distecta transcendere moenia turri.
 I lle loco medius tutam deducere castris
 I mperat aut fossam, uel milite moenia cingit:
 I lle iubet, parent illi, admirantur et omnes.
 N on aliter pater omnipotens, delegit in alto
 A ethere felices animas, quæ tempore certo
 A uratos orbes, et maxima sydera uoluant.
 Hæc graue Saturni sydus, uebit altera magni
 A stra iouis: flamمام horribilem, et crudele minantem
 D uro hominum generi saeu uicit altera Martis:

Hunc

Hunc penes ignito curru, flagrante pyropo
 O stendit iubar auricomum, qui temperat orbem
 I ngens luce sua magni dux maximus astri:
 P roximus est heros olli gratissimus ipfis
 C elicolis, dulcemq; oculis qui spiret amorem,
 T e ueniente die producens Phosphore ab Ida,
 T eq; abeunte altam compellens Vesper in Oetam:
 P ouè autem longo intervallo, & cursibus ijsdem
 P rocedit iuuenis, cui non sua certa uoluntas,
 I ngentem licet egregie contorqueat axem:
 V litimus aspectat terras, quo nocte silenti
 O stendit sese nobis argentea Phœbe.
 Q uò uero tu rem magis admirabere nullam,
 C onficiunt certo tantos ex ordine cursus,
 V tibi non dubium iam sit, supera alta tenere
 C elicolas connixè orbes, atq; astra mouentes.
 H ine Regem nimurum adstare erronibus illis
 N osse potes, quando modus est in rebus agendis:
 N am neq; fortuitum quicquam est, quod semper eodem
 T empore fit, quod ne tantillum ex ordine cedit.
 N ec uero hoc numero contenta est regia Diuum,
 Q uando alij celo spatiantur, & agmine facto
 C oncelebrant Regem superum, sonat arduus æther,
 E t Regem magni refrunt penetralia Olympi.
 H i se præcipites per inania nubila mittunt,
 S ubiectasq; uident urbes, hominumq; uolanteis
 A ttollunt humeris mentes ad cœrulea celi.
 H i mare uento sum pfectant, fluctuq; laborem

Iactatis

I actatis demunt: tantum benefacta merentur.
 I nformes alij laruas, et tristia terrent
 T artara, uel fontes dominant pallentibus umbris,
 V ictoresq; alacres repetunt simul aurea tecta:
 Q uam multæ circum bis uicta Pergama Troie
 T yndarida ob raptam graiae sedere phalanges:
 Q uam multæ Emathie in campis frenuere cohortes,
 A scero, et genero Romanis dum acriter armis
 E t patrio, exteroq; est multe decertatum.
 N ec uos præteream, magni quibus atria Regis,
 E t secreta patent Diuū: uos omnia que sunt,
 Q ueq; atq; deleuit edax labentibus annis,
 E t seros maneat noslus quæcunq; minores
 P er uos uenturus seculis referanda nepotum:
 Q uos humeros cinctos penna, et fulgentibus aliis
 S æpe sacerdotes casti, dum mascula thura
 A nte aras adolent, manifesto in lumine cernunt.
 H i que contingant, que mox uentura trahantur,
 E t rerum secreta canunt, humentibus umbris,
 E t cum nox operit terras ex æthere lapsi,
 P repetibus pennis certissima somnia portant.
 H oc genus antiquum Solymorum, maxima rerum
 D un fuit urbs Solyma, ex alto deducere cœlo
 C arminibus referunt solitum: et de more uocatos
 A duenisse illos uelatos uestibus albis,
 E t crives auro, et uiridanti fronde reuinctos.
 S cilicet in sacris tantum sacra nomina possunt.
 N ec mirum, sic magna ijs obseruantia Regis,

Nominé

N omne ut auditio paueant: quo nigra tremiscunt
 T artaraq; & Tellus, & raucisona Amphitrite.
 N am quamvis illum uox non enunciet ulla
 Mortalis, fecere tamen sacra nomina uates.
 H inc rerum Dominum, tempestatumq; potentem,
 E t mundi Altorem, complexumq; omnia Numen,
 T ergeminum, Omniuolu, & magno se corpore nascens
 D ixere: hinc nubes qui inter caput extulit altas,
 P ræpetibus uolucrem pennis, & fortibus alis,
 M agnum Autorem superum, qui ætatis id, aeuo
 S it, fueritq; omni semper florente iuventa:
 H inc belli Dominum, quod iustus Regibus adsit,
 D um sanctas armis leges, & iura tuentur.
 I d puer in Solymorum agro dum pectore uersat,
 P astorale gerens tegmen, peramq; cothurnosq;
 A usus inexperi est tentare pericula belli.
 I rruit in fines palmosæ, & diuitis urbis
 Monstru horrendu, ingens, hominem quo foemina partu
 T empore non alio magis est enixa tremendum:
 I pse quidem miles, dux ipse ingentia bella
 P ugnabat, uictorq; virum, spretorq; Deorum,
 A trox, terribilis, seu lumina torua uideres,
 S eu libyci pectus squamosum pelle draconis:
 I mpune haud quisquam (miserum) fuit obuius illi,
 S iue pedes, siue iret eques, seu fortiter hasta,
 S eu rem falcato gereret iam communis ense.
 A t puer egregius iam magni cura Tonantis
 A rmorum Rege accito, sub numine torquet

Qui fera

Qui fera bella suo, uiresq; irasq; ministrat,
 A gressu lapidem funda detorsit in hostem.
 Ille uolat stridens, magnum et per inane uolutus
 Temporibus duris hæsit: celoq; minantem,
 Tollentemq; manus, robustaque colla mouentem.
 Struit humi, pueriq; simul uictoria parta est.
 V idit et Epeiros (certa haec, et cognita res est)
 Dum cornu Parthus gortynia spicula torquet,
 I re ducem aduersus florentes ære cateruas,
 Pro clypeoq; hosti nudum ostentare lacertum.
 V idit et Epeiros sternentem parthica ferro
 Corpora, et cuboicos spumantes sanguine riuos:
 Mille ducem Parthi magnum petiere sagittis,
 Milles illum telis, nec erant loca peruia ferro,
 Nec tantæ terrere uirum potuere phalanges.
 I nunc, et Regis meritis diffide Deorum.
 Namq; uelut solido concreta ex marmore rupes,
 Horriser aut Boreas, aut illam uerberet Auster,
 Dura solo perstat, terraq; immobilis hæret:
 T elorum haud imbræ aliter, ualidasq; secures,
 Ingentes equitumq; alas tulit optimus heros,
 Quod superum implorasset opem, quod uoce uocasset
 Cœlicolum Regem.
 Nec me animi fallit, multas non posse latinis
 Vocibus ostendi uoces, et nomina Regis
 Esse Deum multa, atq; eadem cecinisse priores
 O rphea, Mercuriumq; Linum, et Mosen deo amicum.
 Atq; equidem, ni alias usus mihi nare per undas.

Nunc foret, & certo religanda in littore funis,
 Forsitan hoc magis incuruarem gurgite remos.
 At quoniam nobis anima natura uidenda est,
 Esse Deum, atq; animas coeli in penetralibus altis.
 O stendi, illa diuis post me memoranda relinquo.
 Et quia dicendum ut nascentibus insinuetur
 Omnis ab uno anima, ecquis sit Deus omnibus unus
 A equoribus, terrisq; canam, caeloq; profundo.
 Multa autem tecum repeatas, multa ipse uolutes,
 Dicta quidem, magnis dum diximus astra moueri
 Quaeq; suis ducibus, uires tamen omnibus unum
 Sufficere, atq; illum rebus satis omnibus unum.
 Nunc uero (siquid dum dia poëmata uatum
 Oblectant faciles animos, peperere malorum)
 Dicemus uera quicquid ratione receptum est.
 Nimirum exiguae uires mortalibus ægris:
 Id genus humanum uoluens, & parua labore
 Non sine concedi magno, dum pectore uersat,
 Ipsum se longè potuit deducere uero.
 Ut duro cùm quis morbo iactatur, & æstu,
 Cordaq; & arentes fauces grauis occupat ardor,
 Tristia dum incenso iactat suspiria corde,
 Arentiq; trahit tremulam de pectore uocem.
 Hydrochoi quamvis cinxerunt æthera nimbi,
 Aestatem increpitat properam, infensumq; Leonem:
 Sic hominum genus inualidum, molem hanc operosam
 Adduci haud potuit moderandam ut crederet uni.
 Hinc mare nauigerum Neptuno, hinc tartara Diti,

Alta

A lta Ioui magni cesserunt moenia mundi.
 Nec dubium cuiquam illud, Naturam omniparentem
 In rebus seruare modum certo ordine rerum:
 Quae ratio in causis, quianam dicetur origo,
 Fonte nisi ex uno uelut omnia deducantur?
 Quod si stare uno dubio procul hic queat orbis,
 Rex hominum, Diuumq; unus, Deus omnibus idem est.
 Is tamen immensus, nihil hoc felicius usquam.
 Is Deus, haud alter, ni omnes supera alta tenentes
 Non bene magnorum dignentur uoce Deorum.
 Sicilicet hoc ueteres ipsi fecere poëtae,
 Nosq; etiam uoces rerum, non sensa secuti,
 Ipsa ut uerba cadant numerosa, et dulcia in aures
 Sæpe Deos testes adducimus immortales.
 Verum aliter res ipsa, Deus, Deus ille uocandus,
 Qui terras, tractusq; maris, qui sydera, cœlum qui
 A eternis regit imperijs, cui sydera fulgent
 A urea, labuntur, surguntq; micantia mundo.
 Principium hoc rebus, nihil hoc prius, æquiparandum:
 Quandoquidem nihil est sic omni parte beatum.
 Quod si Diis plures, numerumq; augere Deorum
 Forte licet: sunt (est) pares? et numine eodem?
 Ergo principium nullum: uel dicere cordi est,
 Principium fore principio: quod ineptius esset.
 Maximus at si quis, si quisquam est optimus unus,
 Cui parent reliqui, coeli cui regia seruit,
 Optimus ille Deus, Deus est et maximus ille.
 Non Diis sunt igitur, quos et parere necesse est,

Qui longè obseruent alium, metuantq; iubentem,
 Nec ne tu inscite à uero desciscere quicquam
 Me duce iam possis, rerum alta arcana docebo:
 Ne dum forte meis intendas mentem, animumq;
 Precepisti, ancesps ueri te ludat imago:
 Quod Rex auerat superum, qui hoc omne monebat
 Ipsi rudes olim populos, perq; ora parentum
 Et nati, et seri longum accepere nepotes:
 Omnia quem pariter quondam uidere docentem
 Ipsi oculis sancti heroës felicibus annis.
 His dictis animum informamus, quando ita nobis
 A patribus sunt præclarè monimenta relicta.
 Quæ supereftigitur, magna hæc, iam percipe, res est.
 Ille opifex unus rerum, Deus unus ubiq;
 Treis sese in species aperit, treis dicere posim
 In formas, iam uocem aliam si repperit usus.
 Nam dum res omnis uestigat, et abdita lustrat,
 Effigiesq; animo rerum, et secum omnia uoluit,
 Scrutaturq; suas uires, Pater ille Deorum est:
 Mens illi in rebus peragendis optima (quando
 Optimus ipse omnis) quæ mundi temperat orbem
 Mens Deus illa Deus, cæli quam in uertice summo
 Cœlicole apellant magnum patris incrementum:
 Hunc dedit imperium sine fine, hunc daedala tellus
 Accipit autorem frugum, per quem aurea Solis
 Specula discutiunt tenbras, lucemq; reducunt;
 Hunc mare ceruleum obseruat, quod hic æquoris undas
 Instituit labi, quod monstra immania ponti

Protulerit,

P rotulerit, mutumq; genus creet, austet, alatq;
 D um tamen hic patri obsequitur, dumq; ille gerentem
 A spicit ingenuē natum omnia, magnus utrungq;
 T angit amor, uicq; ingenti perculsus uterq; est.
 Q ui tamen hic animis potuit coelestibus ardor
 S e insinuare, Deus nisi maximus ipse fuisset?
 S ic se regnator superum, licet unus ubiq;
 I n formas treis exponit mortalibus agris,
 S ic se cœlitibus, mira, & certissima res est.
 I s Rex omnipotens, is Rex hominumq;, Deumq;
 Materiem statuit rebus satis omnibus unam:
 H ac pecudes, hominumq; genus, pictæq; uolucres
 T errenos capiunt artus, moribundaq; membra:
 H ac nitidi pisces alti sub marmore ponti
 C orpora sunt, sensusq; ipsos impellere possunt.
 D icimus hanc etiam genitalia semina rerum,
 S i mente accipias uaria sub imagine forme,
 H anc elementa, quibus connexis ordine certo
 O mnia miraris prodire in luminis oras.
 I gne calere uides, terra durescere corpus,
 D iffundi humore, atq; incana ætate resolui,
 A èregi augeri, sefèq; attollere sentis.
 H ec tamen haud oculis quicquam dant cernere, quando
 I mperfecta quidem sunt ipsa, & corpora cœca:
 S ydera sed radis, & cœlum insigne coruscis
 D um latè fulgent, cœcis inimica tenebris
 Q ue latitant pelago, latebris que monstra ferarum
 D espiciunt, & luce sua dant lumina habere.

Hinc cœli nobis iucundum lumen, et astra
 Vt duo sunt oculi, quibus omnia prospectamus.
 Sic ingens etiam dum uoluitur undiq; moles,
 Quippe uigent, motuq; suo fas cuncta moueri:
 Hoc sine non rapidis uentosum perfluit undis
 A equor, nec bibule uentis iactantur arene:
 Non spoliata arbos quaſſat ramalia fronde:
 Idem adeo rebus modus, et celo irrequieto,
 Aucta opibus tantis, tantoq; exercita motu
 Materies hinc apta ad res, fœcundaq; uires
 Suggredit ipsa sibi, et quos occultauerat aluo
 Edit maturos longo post tempore foetus.
 Utq; illis permixta insunt elementa uicissim,
 E nunet utq; alijs aliud, natura per artus
 Serpit, et ingenium toto se corpore miscet.
 Porro ignis magis est illis, qui ardoribus iræ
 Continuo flagrant, acriq; dolore premuntur,
 Flammatantes ollis oculi, et feruentia corda:
 Hos tu ne in caueas, hos tu ne in vincula coge,
 Quos sibi conficias potius consciſere letum,
 Quam tolerare iugum, et domini fastidia ferre.
 Sunt que non dulci declinent lumina somno,
 Vsq; adeo metuunt animantia, et abditus imo
 Est in corde leuis, pedibusq; fugacibus aër:
 Hinc ouium placidum genus, et male pinguis aselli,
 Buceriasq; greges, quibus est et plurimus humor,
 Terraq; nimis, uix tre per arua uidemus
 Hortatu, stimulis, et lenta uerbere uirge.

Vescum

V escum sal alijs, alijs est triste cuminum
 I ucundum hac ratione, alijs est dulcis amaror.
 I amq; adeò causas animo lustrare latenteis
 T e licet his pulchre in structum, qui fortis equi uis
 A d cursum, ad magnos cur sit procluus amores:
 S edula quid tantum metuat formica fenecta.
 N anq; ubi concrescit corpus, primordia rerum ex
 Q uattuor illa ineunt concordi foedera nexu,
 S ensifer ex motus primum, mox certa per artus
 C ompages quedam pro corporis augmine repit,
 C ui nomen Græci fecere: at dicere auentem
 N on etas sinit inuidie perfusa ueneno,
 T empora ad hæc tandem peruenimus, atq; ita paucis
 N ostrarorum auriculæ pueriliter offenduntur.
 N unc redeo ad rem: principijs feliciter illis
 C ompactis, porrò tenuissima sanguinis aura
 E xoritur, tacitusq; hærens in corpore succus.
 H inc uaria naturæ animantium, utq; est ea rerum
 T emperies, sua quenq; trahit, retrahitq; uoluptas.
 N on autem hos tu se iunctos à corpore morbos,
 A ffectusq; animi uideas: sed repere paßim,
 E t uulgò ex ipsis moribundis surgere membris.
 P arte aliam nunc specta animi prudentis, ex altæ
 P articipem rationis, uis quamam illa repente
 T ollit se celerem liquidum super ætheras ex extra
 P rocedit longè flammantia mœnia mundi?
 E quibus ad celum toties se sustulit alis?
 I nuisit Diuūmq; domos, atq; ardua tecta?

Cur tantum molitur iter, uel quo duce? si non
 hic suus est olli locus, & caelestis origo?
 Nempe solum patrium cuique est, exercita cursu
 lumina habet pontus, quo cum uenere, quiescunt:
 Siquid in altum ui iacias, descendet, & ipso.
 Iam torpens duro consistet in aequore terrae:
 Si uapor est usquam, facile quem corripit aer,
 Soluitur, & tenuis uacuo letatur in orbe:
 Flamma uorax etiam cum postibus hæsit adesit,
 Velle quidem ostendit supera ad conuexa uolare:
 Tantus amor sedis: placidae est ea cura quietis.
 At uigor ille animu, tenebris, & carcere coeo
 Contemptis, uolat ad superos, & simplicis ignis
 Auri similis fertur, iuuat ire per astra
 A urea, & extorrem patrio confidere celo.
 Quod si mortales artus, moribundaque membra
 Non obstant, iam iam ipse Deum, totumque recludit
 A ethera, magnorumque procul secreta Deorum.
 Qui uigor iste animi: que tanta oracula mentis?
 Qui ue petit supera, & superum que tanta cupido?
 Scilicet hec ueteres, eademque exempla secuti
 A etherios haustus animis dixere minores
 Eesse, Deumque ipsos celo demittere ab alto.
 Namque uelut radijs Sol igneus omnia lustrans
 Corporibus primis se miscet luce, pariterque
 Omnia, qua mundo generatim secula propagant:
 Sic pater ipse animas, dum se admiratur, amatque,
 S ponte creat, sanctumque homini dat pignus amoris

Ferre

F erre sui monumentum ingens, atq; artibus addit
 D iuinæ aurai æternis ex ignibus ignem,
 V lla ne eas mortis perimant immania fata.
 H inc ubi materno concrescit corpus in alio,
 E xplexitq; suos numeros, noviesq; refusit
 Q uinta dies, corda ipsa tument, tenerumq; laborat
 C orpus, & in totos animæ uis funditur artus.
 I lla loco tremit angusto, & caligine cæca
 M erfa bilit Lethen, & longa obliuia rerum.
 S icq; diu non certa sui, cum corpore in oras
 L uminis egreditur, membrisq; innititur ipsis,
 D onec iam firmæ perfœcto tempore uires
 N on bene conueniant, animi uigor alta pererrat,
 S crucaturq; arcana, uiamq; affectat Olympo:
 N on ullæ Veneres flexerunt turpiter illum,
 N ullus honos auri, regnandi nulla cupido,
 O mnia, seq; ipsum angustis moderatur habenis.
 C orporeæ uero peste contra aurea mentis
 P recepta insurgunt, Venerem, Bacchumq; secutæ,
 T errenis inhiant rebus, noctiæ sopore,
 E t uelut ignaua indulgent animantia uentri.
 Q uin etiam si dira lues in uiscera repit
 I ntima, quamquam animis obflat, iuuat aequora picta
 C urrere lyntre, & fallaci se credere uento,
 E t dulces mutare domos, patriosq; penates,
 A cturpes omnem uitam degisse per artes,
 V t mensa argento, & fuluo colluceat auro.
 H is qui erit adductus, parui rectumq; fidemq;

P arui sancta facit iura, & sine legibus ullis
V itam agit iniustus, patriæq; acerrimus hostis
F lorenteis urbes bello, ciuesq; fatigat.

AONII PA-

LEARII VERVLANI

de Animorum immortalitate

LIBER SECUNDVS.



LVMINA qui grae gentis decus
aurea fundis
O re sacro, surgit passim quo pinguibus
aruis
E t felix Panacea, & suave rubes Hy-
acinthus,
P ulcher Aristocle sanctis natalibus ortus,
T e duce non uerear cæcis offusa tenebris
E xplorare, labor tuus hic mea præmia laudis!
T e duce non uerear latitantis semina flammæ
Q uerere, & accensam tedam de uertice sommo
N octe sub obscura miseris ostendere nautis,
A equora dum latè abruptis turbata procellis
V ndarum eructant montes, classisq; magister
H ospitibus lachrymans nigrum denunciat horam.
Q uodq; bonum, & faustum, & felix Fortuna secundet,
T u mibi quodcunq; hoc cura, tu mentem, animumq;
S uppeditas, quo tollere humo perniciibus alis
Me posim, & duri fulciri uertice Atlantis.

Vnde

Vnde ego despiciam palantis qui studio oct
 Et superos contra mortales tollere uultus
 A usus iners, stolidus, tum uoce laceffere Diuos:
 Qui dum adeò inspiceret que essent iucunda palato,
 P ingubus haud potuit cor unquam auellere mensis.
 Quem paßim sequimur, quam ò quam diuersus ab illo
 Graius homo, Graium quid non audere putandum est?
 Hinc hinc Religio liquido que ex ethere lapsa,
 Religio decus omne uirum, decus omne Deorum,
 Sub pedibus deicta hominum, externataq; uisa est:
 Improba uox tantum potuit suadere malorum.
 Nam quid Religio peperit sanctiq; boniç;
 Omnibus usque adeò compertum, ut res uideatur
 Ipsa loqui, illustri in conspectu sic sita quando est.
 Nec seruare fidem docuit, sua reddere cuiq;
 In ungere coniugio stabili, miserere laborum,
 Et longum placidam populis laudare quietem.
 Nec docuit Venerem fugere, et Dijs degere uitam
 Dignam, nec furis blandi indulgere Lyei.
 Quod si quis curare Deum mortalia quenquam
 Deneget, ille mihi infortunatusq; laborum,
 Infelixq; animi, qui ne quid linquat inausum,
 Omne nefas ausus, scelera omnia pertentauit.
 Quod si idem cure superis nos esse putasset,
 Et fontes meritas post letum pendere poenas,
 Non malum adulterium, et cæcæ mala gaudia mentis
 Esset posthabita usque adeò uirtute secutus.
 Hinc et auarities, luxusq; ministra libido

Surrexere,

Surrexere, & contempta formidine Diuum
 Humanam foedè uitam strauere iacentem.
 Quid nisi post cineres muta omnia, nec ratio unquam
 Reddenda, & nusquam posthac Acherusia templa,
 Nilq; Erebi tenebrae, nisi tantum fabula inanis
 Iudicio illorum, mentem quibus abstulit error.
 Quod nos esse aliter, tenebrasq; ignesq; manere,
 Et meritis aliquos alto succedere Olymbo.
 (Illa decus nostri generis si sospita Virgo
 Maxima piceni concesserit incola templi)
 Dicimus: quoniam quæ sponte recepimus, urgent.
 Nunc aliò uertamus iter, nunc ad rationem
 Ingenij uires omneis adhibere necesse est.
 Hic ego te Sadolete pater sacra illa docentem
 Sancta adstare uelim, non tam certare paratus,
 Quam te imitari: etenim rausus quid oloribus anfer
 Contendat liquida mulcentibus aethera uoce?
 Nam magni refert, quicum sit sermo: tuis quæ
 Aut teretes magis, aut tritæ sunt, Iuppiter, aures?
 Mitius at nihil, at nihil est humanius illis.
 Nunc me difficulti pandentem carmina de re
 Inter egestatem patrij sermonis, in aestus
 Prospicio inuidie uolento turbine ferri,
 Omibi quas turbas, quos surgere cerno labores,
 Ni bone me Sadolete iuues, & uulgas ineptum
 Arte libri hac magna iubeas absistere uoce.
 Nang; (fatebor enim) multi præclara reperta
 Doctorum illa hominum, dulcis uera ocia uite

Non

Non nouere: quibus nostra hæc incognita: quid nis:
 Dura uidebuntur, cæca & caligine tecta.
 Hi mea non cupio, at mando ne carmina (possim
 Si impetrare) legant oculis: mihi tu satis unus:
 Ni te operam dare pœnitentia Sadolete libello.
 Quod si forte aliquos mavis accire legentes,
 Quales nunc habet ingenij Germania florens,
 Gallia uel tua iam, tua uel Saturnia tellus,
 Integrum tibi sit: liber hic ex parte tuorum est.
 Principio mentem, atq; animam diuersa fatemur:
 Quando opus illius mens est, & nuncia quedam.
 Verba sed hæc eadem ueluti iam triuimus usu:
 Namq; animam mentem appellamus: non ita uero est:
 Hæc crescit, firmata uiros ubi fecerit etas,
 Ecrescit pariter longum fugientibus annis:
 Ut pote quæ auxilio, quæ corporis indiget usu.
 At uis illa anime est eadem pueroq; seniq;
 Semper & ipsa omnis per totum didita corpus,
 Non aliquid mixtum, non concretum ex elementis:
 Sed purum, eternum, quodq; omni est tabe solutum.
 Nam qui corpoream dicunt cum corpore obire,
 Est nasci: qua est insani uia nulla feruntur.
 Nam si corpus erit, terram' ue, ignem' ue necesse est
 Esse, uel humorem, teneri siue aeris auram,
 Aut ex his quicquam: quod non rationibus ullis
 Confieri constat: quando cognoscere cacos
 Eventus rerum, quæ gesta prioribus annis
 Sic bene lustrare, & constanti mente tenere,

Non

Non opus hoc terra, non aeris, aut leuis ignis.
 Vis dare que leges potuit: quod corpus inqua-
 nosse: et quae nobis essent sudore paranda,
 S uauiloquis dictis exponere, et aurea nobis
 Scribere precepta, et seros monuisse nepotes?
 Porro que corpus non sunt, ea corpora nosse
 Nulla queunt.
 Ergo aliud, quicquam illa aliud, simplexque, nec hilum
 F ecis habens, si corpus enim, uel corporis esset
 Pars aliqua, iisdem nutrimentis surgeret aequa:
 Quin etiam dapibus grauis, et bacchante Lyeo,
 Et prudens magis, et multo sapientior esset.
 V erum aliter res ipsa quidem: dum corpora leta
 Viribus exultant propriis, decedere uires
 Consuevere animi, et purae uis insita menti
 Indupedita iacet, nec se se attollit ad auras:
 Quo magis et luxus membris, alimentaque defint,
 Illa magis firmis perniciose euolat alis.
 Ergo altè uestiga animo, remque altius omnem,
 Magnorumque uirium preclara inuenta capesset:
 Sicilicet ipse Deum scelis pater omnibus idem
 Deficere haud unquam poterit: quod dum omnia curat,
 Ipse sibi tantum cura est, se auditique, uidetque;
 Ipse in se magni in faciem reflectitur orbis.
 Illa itidem sibi nota, suas secum ipsa uolutat
 Immensas uires, sanctaque cupidine capta
 Verum aeternarum, liquidi super ardua coeli
 Dum sequitur, se se tollit perniciibus aliis,

Itque

I tq; reditq; uiam, & gyros metatur eosdem:
 Dumq; Deos uidet immortales, illa Deus quis
 In se conuertit uultum, formamq;, coloremq;
 Agnoscit Diuum, & se admiratur, amatq;.
 Cernimus hanc etiam dominari in corpore toto:
 I onio in magno qualis uolat uicta carina,
 Et mare per rapidum uentis interrita fertur
 Tuta suo nauta, qui contra flabra Aquilonis,
 Contra Austri optatum sueuit contingere littus:
 Haud artus terreni aliter moderamine mentis
 Luctantes contra Veneris, fluctusq; Lyai
 Tuta secant, seq; eripiunt pellacibus undis.
 Non ne uides discreta magis quo à corpore mens est,
 Quæ quanta incedat uitrix? quamq; æthera supra
 E uoleat ad superos nullo duce, sed sibi fidens
 Obijcibus ruptis membrorum, & carcere cæco?
 Si non est igitur corpus, quod semina rerum
 Efficient, cum iam extremus calor oſa reliquit,
 In quid abit? quò uis illa exhalata recedit,
 Non aqua, non aér, non tellus, non leuis ignis?
 Si natura parens penitus consumere quicquam
 Non audet, longa nec res abolere senecta
 Ipsa potest natura, partit quæ quicquid ubiq; est,
 In quid abit? quò uis illa exhalata recessit,
 Non aqua, non aér, non tellus, non leuis ignis?
 At nunc cum cordi non sit rumoribus falsis
 Pugnare, egregie ratione inuenta capesse.
 Non ne uides, ut materiem, & faciem illius omnem

Excipiat

Excipiat singillatim mens omnia lustrans?
 Quae si tale esset quicquam, internoscere posset
 Effigies harum nusquam, & discrimina rerum:
 Namq; opus est, animam sane nihil esse, quod ipsa
 Excipit, atq; acies uarios uisura colores,
 Omnibus ijs pariter caret ipsa coloribus omnis.
 Non ne uides etiam que sit perceptio rerum?
 Nam dum sanctum animal, mentisq; capatius altæ
 Vt sit homo mens comprehendit, non protinus illum
 Aut hominem uidet hunc, certo neq; tempore quenquā:
 Et tamen illa hominem uidit, quencunq; priorum,
 Et quem nostra tulit, quem postera proferet ætas.
 Adeo etiam, que sunt ipsis pugnantia rebus
 Haud obstant animis, dum quis putat esse calorem,
 Et frigus putet esse, potest comprehendere utrumq;
 Et pugnant quamvis, animo comprehensa tenemus.
 Aut uero quodcumq; perit, pugnare necesse est
 Quam pereat prius: at sic uiri contraria non sint
 Inuidia quedam Natura, atq; arte parata
 (Quippe nouis semper studeat cum dædala rebus,
 Nec quo se uerat iam habeat, quodq; arma ministret)
 Dissolui haud poterit, leti est quod lege solutum.
 Huc illud simul accedit, quod corpora nulla
 Efficiente ipsa queunt: secum componere paruis
 Magna solet, certo & nunquam requiescere fine.
 Mens enim lapsis quid non meditabitur annis
 Quod fuerit: nullus quamvis sit terminus eui,
 Illa uiam secum, spatiūq; immane uolutat,

Et.

E t longūm numeris numeros crescentibus auget,
 Q uod si infinitum quicquam metitur, an illud
 F initum esse potest? quænam comprehendere uires
 E xigua immensum possent? modò cogit in unum
 O nus hominū gignus, et quod nō numerabile certè est,
 C olligit, et secundum numerat: rursusq; quod unum est,
 D iuidit in parteis, nunc has, nunc accipit illas,
 A lternatq; uices, illo nec sine quiescit.
 Q uin etiam in formas se, et uultus induit omnes,
 V tq; pater rerum, rebus se omnis addit:
 N anq; adeò pictam uolucrem dum concipit esse,
 V eritur in uolucrem mens, et dum cogitat astrum,
 A strum est illa itidem: quod si qui sydera uoluit
 A urea concipiatur, mens aurea sydera uoluit.
 D umq; opus aggreditur magnum, admirabile factum,
 C omponit rerum dominum, rerum illa uidetur
 I am domina, et certis moderari legibus orbem.
 D eniq; nil adeò est usquam magnumq; bonumq;
 N il prorsus tam difficile, in quod non subitò illa
 V eratur uerum hoc munus liquet esse Deorum:
 D ij formas potuere itidem se uertere in omnes,
 E xuere et uultus omnes, perq; omnia ferri.
 Q uin etiam Natura homini est innata cupido
 D egendi aeternū uitam: dolet antè fuisse
 M agnanimos heroas, eodem et tempore nasci
 N on potuisse: dolet longūm fugientibus annis
 N on fore, nec quicquid facient spectare nepotes.
 H inc curæ ingentes, his ut monumenta relinquant,

T uta loci natura ingentibus oppida saxis
 E rigere, atq; alto turre extollere cælo,
 A tq; unis septem colles concludere muris:
 F lumina uel per saxos educere ualles,
 E t manibus hominum summos euerter montes:
 Q ue fuerat steylisq; prius, palus aptaq; remis
 T ellurem, aut hydrus, rantisq; loquacibus olim,
 R eddere seminibus latè cerealibus aptam:
 H inc ubi uel dumeta prius, uiburnaq; lenta,
 S unt oleæ uise teretes, & munera Bacchi.
 H inc inuenta uirum præclara, atq; artibus omnem
 E xcolere ingenuis uitam, finesq; bonorum
 D ifferere, & clarum è tenebris extollere lumen.
 N am quid preteream heroas? qui sanguine fuso
 C uiibus imperium, & placidam peperere quietem:
 N on illos magni possunt terrere labores,
 N on dulcis coniux teneat, non maxima nati
 C ura prece, aut longa iam laſi ætate parentes:
 C harius est ollis duri in certamine Martis
 P ro patria obiectare animam: quin sape beatos
 A clamat seſe affecti cruciatibus ipſis,
 V itam aſternantes uitæ melioris amore.
 C nosia nec Thorio clamanti, & leta bibenti
 V ina rosa, aut uſquam cuiquam fuit ulla uoluptas
 P ar iſti, dum tela inter, & ypeosq; inimicos
 V ictores iam animam multo cum sanguine fundunt.
 O minibus usq; adeò uitam producere dulce eſt,
 Q uaq; licet niti ſeclis ſuper eſſe futuris.

Verum

S E C V N D V S.

V erum non homini nequicquam tanta cupido
I nfica Natura est: quando certè optima rerum
I lla parens, cunctis statuit finemq; modumq;
O prandi, sua quisq; tamen que posse apisci.
N atura lupus infidus meditatur, & optat
S ternere depressa compertam in ualle capellam:
A tritum leporem sequitur canis ore sagaci.
S ed captare canis leporem, lupus ipse capellam
Q uippe potest: Natura etenim non insita frustra
T anta cupido homini, reliquisq; animantibus esset.
A t qui nequicquam hic homini sese obtulit ardor,
I n uolucris, tenuesq; auras spes tanta recedit,
R ex nisi nos superum post condita membra sepulchro
E ssè uelit, duri decurso temporis orbe:
S i non structa diu pario de marmore templa,
F lorentesq; addurant urbes: quin iuga montis
A spera, & aërie uicina cacumina nubi
A bsumit tempus, rerumq; inimica senectus:
E t iuuat usq; adeò insano indulgere labori
O nusseri: quies tantus amor per vulnera, perq;
S upplicium mortem petere, atq; extendere nomen.
O bsecro ne meditata animis assuecite falsa,
N eu mentes anceps ueri deludat imago:
Q uando est perpetuum in terris nihil.
A fficie, impositæ Romanis collibus arces,
E t claris ornata olim monumenta trophyis,
V ectiq; ingentes extremi ex finibus orbis
V t iaceant turpiq; situ, & sine honore colossi.

d 2 Seilicet

S cilicet & tempus ueniet, cum maxima rerum
 Roma parens, & pulcher erit sine nomine Cesar:
 Nec Decios, aut Romani duo fulmina Martis
 S cipiadas quisquam norit: namq; astra necesse est
 C ertis temporibus terris effundere uires
 I psa suas, his aucta uirum praelara reperta,
 E t structa, eversaq; urbes suadentibus astris:
 V tq; iubet rex ipse Deum certo ordine seruant
 I lla uices, peraguntq; suis stationibus orbes:
 H inc ubi longa dies effetae incendia terræ
 C ontinent, sicutilis ceu cum fornacibus ignes
 P rorumpunt, flammaq; imis tonat Aetna cauernis.
 C andentes crepitant auræ, & caligine cæca
 A éraq;, & coelum nigra ferrugine texit,
 I ntremuit omne solum, liquefactaq; uiscera montis
 A ttollunt flammæ, & magnum per inane coacta
 A lba cadunt, & strata iacent saxa arida paſim:
 S ic ubi terrifici latè exarfere cometa,
 A storum appulſu, & uentis mox percitus aér
 E xcutiet rapidum sciſis è nubibus ignem,
 T errasq; trahit maris, quæ noxia tellus
 C orripiet, quantum proſpectant sydera terras.
 S tant etiam nimbi ingentes, & tempore certo
 V entura eluuias, stant & cum flumina montes,
 E t pater Oceanus ſhumantibus obruet undis:
 Q uadq; iuga, & rupes præruptæ, erit æquor arandunæ
 F elicis terræ: & quæ nunc mare perfliuit altum,
 I nterdum ſurgent uicina cacumina coelo,

Qyin

Q uin etiam extremis discretos partibus orbis
 D esertas habitare plagas, noua querere regna,
 E xplorare locos, & cingere moenibus urbes,
 E t dare uenturæ leges, & nomina genti
 S ydera suadebunt, ut Rex stellantis Olympi
 I usserit: haud etenim penitus delere animantium
 O mne genus certum est illi, nisi cum omnia tandem
 E xilio dabit una dies, ergo illa cupido
 N equicquam innata est homini, que maxima certè est,
 A ut dicendi animi æterni, & meliora manere,
 O sfa sepulchretis ubi nostra reponimus imis.
 S unt exempla alia, & quæ iam rationibus id tu
 A ffirmare queas: nam quæ uis illa animorum?
 I psi quando aditum prorsus nihil intercludit,
 A tq; uias omnis percurrit, & omnia lustrat,
 O mnia pertentat, uolucrī perniciōr aura:
 A rdua non illi coeli supera alta uidentur,
 N on ipsi manes, iama tellure repositi:
 N unc it ad occiduum spectant quæ littora solem,
 P erquiritq; urbes, genteisq; & nomina rerum:
 N unc orientis opes, populosq; inuisit, & omneis
 T ranscendit terras, tractus maris, aëra, coelum.
 L euibus hinc animas aliqui constare putarunt
 C orporibus, forte illorum ut concurrerit ordo.
 A t iam exclusa diu iacet hæc sententia uulgo:
 N am si fortuitis fierent concursibus, artus
 T empore non certo, moribundaq; membra uigerent,
 V erum nunc citius, nunc serius, ut tulerit fors:

Q uin ex his septem ferrent fastidia menses
 M atribus, aut plures: nec certis legibus ortus
 C onstaret, si casu aliquo uis illa subiret,
 V ndiq; perficiens numeros, uigor omnia complens.
 Q uin etiam interdum magnum per inane coactis
 F ortè his seminibus, dum se per mutua nectunt.
 N ondum corporibus genitus in luminis oras
 E xirent animi, quare fateare necesse est
 Q uo modò pugnabas, animos sine corpore uitam
 D egere, nec semper duo se coniuncta tenere.
 A si alij penetralem ignem, sed corporis usu
 D elabi ex superis aiunt, omnesq; per artus
 E rrare, & tacitas cordi submittere uires.
 Q uod per delirum porrò est, cum semina prima
 Q uattuor accendant, dum singula commiscentur,
 A drepantq; solum, humorq; spirabile, & ignis.
 S ic nihil exanimum esset, sed uigor omnibus idem,
 O mnia conciperent animo, exaudireq; posses
 A equè homines, montesq; feros, sylvasq; loquenteris.
 Q uod si erat absurdum, Parnassi è uertice sacro
 H armoniam traxere noua sub uoce Pelasgi
 Q ue res cunq; foret numeris concordibus apta:
 D elirum hoc itidem: nam qui prudentia frugi
 E xoritur graue mentis opus: quiq; optima rerum
 I uisititia augustas ornauit legibus urbes?
 N on etenim ex numeris sunt hæc, neq; fallere uerbis
 E st animus, rectam aut dictis abducere mentem.
 F orma anima, & quedam res est certissima, tale

Nil

N il numeri, in columni re abeunt, redeuntque uiciissim.
 Q ue potui strictum: nam dicere multa parantem
 E t uerbi nouitas uerat, et me cætera poscunt.
 N unc cape dicta, quibus tuò iam credere possis
 P receptis animum, et mercedem ferre laboris.
 Q uantis omniparens Natura excellere rebus
 H umanum dederit decus, ut genus omne animantium
 S eruiat huic ultro, uel tandem pareat uni,
 C oncipe nunc ages animo: namque ipsa uidebis
 Q ue pelago ducunt uitam, qua flumine subter,
 O minia deberi nobis, quaque aëra tranant
 P ernices uolucres, et quae pede lustra pererrant;
 R etibus insidiæ hinc inuentæ, et fallere uisco,
 H inc laqueo captare feras, catulorum sagaci,
 H inc prope pendentes scopulos, et gurgite ab imo
 I am notum in siccum pisces deducere arenam:
 E quæ iam in nostros quæ non conuertimus usus?
 Q uin etiam et tygres homini, et parere leones
 L onga dies docuit: naturæque in montibus ursæ
 I nformes errant placide uacua atria circum:
 S tat bellator equus domini iam letus habens,
 I am patiens, iam frena ferox sumantia mandens,
 E t furit, et latos præbet calcaribus armos:
 S tant et oues niueæ lanis, que uestibus aptæ
 M urice suave rubent, uiridi infectæque colore
 G raminaque, atque ipsos certent superare smaragdos:
 I psæ etiam pastæ referunt distenta capelle
 V bera lacte domum: linquens et bucula lucos

A d mulētram uenit, & sera ad præsepiā nocte:
 A spīce ut indomiti quondam nunc sponte iuenci
 P laustra ferant, & toruus humum pulsat pede taurus,
 A ttamen inflexo mox seſe accinget aratro.
 V is & naturæ partes, & magna parentis
 Munera, & ingentes terra meminiſſe labores?
 H æc oſus egregium, Betamq;, Apiumq;, Papauerq;,
 I ntybaq;, & uirides Cauleis producit in annum:
 H æc tibi Lactucis, herbisq; ſalubribus hortos
 E ſſe iubet letos, longoq; Cucurbita collo,
 T ortilis & Cucumis ſemper ſua munera apud te:
 N on ego Serpilli, aut Mente, & bene olentis Anethi
 D elicias taceam, aut Calthæ florentis honorem:
 N on ego pallentes Violas, & mollis Achanti,
 N arcif'i ue comam ignotam, indictam ue relinquam:
 Q uid referam aut Farris ſegetes, aut Ordea grandias
 A ut Milium, Lentemq;, & amantem culta Fafelumq;
 A n uos preteream diuini munera ruris
 A rboreos fœtus, quibus & conuiua inimus,
 F elicesq; Deūm coenas: quid cerea Pruna,
 Q uid nigra cōmemorem, neq; enim ſapor omnibus idē,
 N on color eſt unus, non idem temporis uſus:
 V el quid mite Pyrum, aut cand lanugine Malum,
 I llorumq; genus uarium, aut fileam Luculle
 P oma tua, aut patrios referentia nomine Persas?
 N on ego Castaneasq; nuces, Oleamq; Mineruæ
 I nuentum, dulcesq; Vuas tua munera Bacche
 T ranſeam, & aérij Mellis coeleſtia dona:

Non

Non mihi si linguae tot sint, quot dædala tellus
 Submittit flores, et quot poma educat annus,
 I llorum et genera, et percurrere nomina possum.
 An uero tot muneribus feliciter auctum
 N equicquam, ad lachrymas tantum natura tulisset
 H umanum genus? at qui quod præferre uolebat
 I lla operi ingenti, reliquisq; animantibus unum,
 P osthabuit, felixq; animal dum ferre cupido est,
 P rotulit infelix, miserumq; ignara futuri
 A b scelus, indignumq; nefas, ignara futuri
 A lma parens rerum certis qua legibus orbem
 T emperat, in minimis cuiq; est solertia rebus.
 V el non infelix hominum genus, ultima uitæ
 O mnia lux secum si auferre iniusta nouerca,
 N on altrix blanda, aut dulcis, sed subdola, fallax:
 T e'ne ego uel nostri generis natura parentem
 D icere, te'ne ausim reris nisi præmia uitæ
 E xactæ persent, solaciaq; ante malorum:
 E quisnam arumnas, ecquisnam incommoda poscit
 E numerare, graues hominumq; referre labores?
 N ascitur infelix homo, ubi fastidia menses
 L onga tulere decem matri, uagitus et ingens
 P rimum exauditur, uitæ monimenta futuræ:
 N ascitur infelix, nec humo se tollere quicquam
 A ut pede, uel dextra potis est, nec reperere quoquam,
 C ætera uti fuerunt animantia: sedula nutrix
 V lnis ni excipiat (miserum, indignumq;) peribit.
 F rigoris ille quidem haud patiens in lumenis oras

P rofertur nudus, nec sunt alimenta, quibus se
 R ecreet, & monitus Naturæ deesse uidentur.
 I lla quidem reliqua hortatur mox nata subire
 P ellibus intecta, alterius non indiga curæ,
 V bera lacte suæ matris distenta per herbam.
 P ars uillos, setas ue gerit, pars uellere tecta est,
 H orrida pars spinis munita incedit acutis,
 E tuenientem audet petere, & propellere tectis:
 V ulnificas alijs ungues dedit arma, quibus se
 D efendant: alijs in leui cornua fronte
 A ddidit, ultricesq; sedent in cordibus iræ:
 Q uin uirgulta etiam, & truncos circundat amaro
 C ortice, & à tristi defendit frigore brume.
 Q uære genus uitæ illorum: non uinea falce
 T ondenda est, ualido nec humus uersanda bidente,
 N on curæ est curuo proscindere uomere terram,
 E t lappas, sterilesq; agris euellere auenas:
 N on adeò, dum altum cinixerunt æthera nubes,
 I lla timent segeti, & crepitanti grandine pallent.
 P roxima Dijs illis uita est: sunt gramina pañim
 M ollia, sunt flores bene olentes, & bona poma,
 M ala, nucesq; genus uarium, quæ dædala tellus,
 V t ferat, ut seruet, multæ est obnoxia curæ.
 V ita hominum dura est, & plena laboribus omnis,
 Q uam nille inuadant morbi, & tenuissima quæq;
 F unditus euertant: qualis secr etus agellis
 N ascitur in cultis Hyacinthus, quem malus imber
 N ube nigra effusus male perdidit, & decus illud

Abstulit

Abstulit, & folijs omnem decus sit honorem.
 Corporis heu pestes quot sunt non maior arenae
 Et libycæ numerus morborum copia mentis
 Et quoq; permagna: & quos non animantia norint.
 Cetera sunt illis optandi deniq; fines,
 Sunt & habendi: non auri male suada cupidio
 Cogit in abruptum descendere nauibus æquor,
 Non se, animam, corpusq; una pellacibus undis
 Redere, gentisq; & stridorem audire procellæ.
 Stat uirides ollis saltus, intonsaq; lustra,
 Stat liquidi fontes, nigra quos protegit umbra
 Fraxinus, aut abies, uel acutis frondibus ilex,
 Qua super æteria sidentes dulcè columbae
 Ardentib; sub Sole docent gemere undiq; sylvas,
 Vt pote sollicitum que detestentur anorem.
 Qui furor, et si alijs animantibus abditus haret
 Visceribus, generi ille hominum in precordia repfit
 Intima, cedisq; & multorum est causa malorum.
 Virtutur infelix iuuenis miserè, ossaq; & artus
 Incendunt teda ardentes, urbemq; peragrat,
 Vestigatq; altas formosæ uirginis ædes.
 Illa domi ingenuo assuecit parere pudori,
 Quam casta instituit mater, nec tollere vultus
 Audeat humo, iuuenem si forte inspexerit usquam
 Conniventer oculis, & pectore suspirantem.
 At miser abrupto iactatus uortice amoris,
 Qualis ab æneis spirans fornacibus ignis
 Huc, illuc rapido fertur: non frigora noctis,

Non

Non imbres, Solis non spicula seruida tardant.
 S ponte suis stratis abiit, limenq; pueræ
 Observat pernox: non illum dicta parentis
 A bstrahere inde queunt, non multa concitus ira
 I am frater, charæ pupugit quem fama sororis.
 Ergo armis putat obstandum, nec iam esse ferendum
 Audacem iuuenem, quare prorumpit, & ense
 Rem gerit, & patrios incestat cede penates.
 Quod si non alijs miserum, infelixq; uidetur
 Humanum genus, uno hoc accipe: cetera fine
 Non rerum meditantur, non tristi anxia cura
 Norunt ut uita sit deniq; discedendum:
 Non lachrymas fundunt falsas formidine poene,
 Morte obita Diuini tandem ad subsellia Regis
 Cum causa in magna nobis dicenda corona est.
 Quare homines uita illustres, & fortiter ausos
 Certare, & se, atq; alios superare ferendo
 Letæ manent loca, quæ ipsa non deprendere mente
 Videntes clausi tenebris, & carcere quimus.
 Hoc Natura uiros studio uenerata, labores
 Addidit egregios, pulchre quibus exantlatis
 A eternum sedeant alta ad delubra Deorum.
 Quod supereft, alijs rationibus execuar, at tu
 Volute animo, ad uerum tandemq; accedere disce:
 Heroës quorum pietas insignis, & omni
 Laudè fuit maior, Diuiniq; simillima uita
 (Non ignota cano) que mox uentura minorum
 Temporibus fuerant, cecinere prioribus annis.

V is ea mortalis non est, quæ nosse futura
 S ic potuit: neq; enim tabulam uel dius Apelles
 I am gestæ rei media suspendit in urbe
 F ulgentem minio, lateq; corinthio auro,
 R em que ita mōstravit. stant nunc quoq; plege tu quæ
 S acro ueridici fuderunt pectore uates.
 H os felix quondam, & Diuum gratissima Regi
 S ancta Palestine tellus fatu ipsa canentes
 V idit, & ex illo scripta hæc sunt tempore nobis.
 E xcidiū patrie multi, fatu aspera flebant,
 E t superum eversum ui lamentabile regnum:
 Q uos inter plectro Rex nil mortale sonanti
 P ersonuit dulcè, altumq; & noua carmina dixit.
 N anq; canebat uti lapsis certo ordine seculis
 R egnator superum sortem miseratus acerbam
 H umani generis, quod caelo excluserat alto
 V nius ob noxam, mutesceret, & meliori
 Mente preces hominum audiret: quare ad fore tempus,
 V t suus ipse, suus Natus, quemq; unicè amaret,
 M ortalem indueret formam, moribundaq; membra,
 C uius in aduentu pallentes undiq; morbi
 D iffugenter, belliq; metus.
 H unc ubi iam edisset mater Virgo omnibus expers,
 V enturos Reges quæ Sol caput exerit undis,
 M irrhamq; Aurumq; & panchaia Thura frentes.
 H is addebat, ut fugiens seui arma tyranni
 C um puero ut primum genetrix viridantia Nili
 T angeret arua, Deos fore nusquam, oracula passim

Casuræ,

C asura, arasiq; et laqueata, aurataq; templa.
 N ec minus ut puer ad patrias contendere arces,
 D octurus late populum, sanctumq; senatum,
 P roderet utq; unus quicquid cecinere priores.
 H is cythara aurata dum personat, adiungebat
 Q uarentem matrem puerum, iam nulla neq; urbis,
 N ec loca agri restant, quæ non Virgo optima lustraret.
 A h dulcis Virgo iam ter Sol extulit alto
 O ceano caput, et ter littore mersit ibero,
 N ec potus fessam, Cereris nec cura tenet te:
 Q uid tantum telluris obise quid peccore ab imo,
 Q uid tot pallenti fundis suffiria vultus?
 I lle ædem ad patriam in conuentu arcana recludit
 R erum æternarum: diuino cuius ab ore
 P endentes populi dicta aurea depascuntur.
 Q uid loquar ut caneret rerum miracula, uita
 C orpora defuncta, et redditura in luminis oras.
 I nuentus iam qui pedibus superare marinos
 E t posset fluctus, summas nec tingere plantas.
 E ffer aquam Virgo, fluuijs caua dolia comple,
 E xice fistibus, iam sunt mollissima uina,
 I psa tuis felix hilara conuiuia donis,
 L exiliaq; auge, magnis et honoribus urbem.
 Q uid referam? ut fleret uatum de more suorum
 C relicolum extinctum crudeli funere Regem,
 E t matrem infelicem in summo uertice montis
 A h miserè nati delentem ueste cruores:
 A ut ut narrarit triplici circundata muro

Moenia

Mœnia, pro uita, pro libertate suorum
 A rdita terribilis tecta expugnanda tyranni,
 V icoremq; Erebum uastantem, & nigra prementem
 Tartara, & exuicias referentem Acherontis auari:
 V ix altè in coeli foribus suspenderat arma
 I gnibus è medijs raptæ, & crudelibus oris,
 E t pater occurrit, fuluaq; ab nube columba
 V nigenam latè plaudentibus excipit alis.
 O minia quæ quondam Rex magnus, & optimus ille
 D uni caneret, iusq; charos ediscere ciues,
 A tq; hæc ipsa suis monumenta nepotibus esse
 C armına, dum palmus diues florebit Idume.

A O N I I P A-

LEARII VERVLANI
 de Animorum immortalitate
 LIBER TERTIVS.



VNC animis quæ sit sedes, quæ
 præmia uitæ
 Quenq; bonum tandem maneat, quas
 pendere poenas
 Conueniat fontes, properante quis
 undiq; Rege
 T oletur clamor, quæ signa futura, tubæq;
 E xpadian dictus: tu nunc adfiste canenti,
 Q ui coenatus apud Regem stellantis Olympi,
 I psius in gremio requiesti, & tempore Diuum
 Ex illo

Ex illo interpres fatorum arcana canebat:
 Dumq; tibi, et matri solido de marmore templum
 Instiunt Verulis Volsci, Marsiq; Latiniq;
 Annua dumq; ferunt sacra, et solennia uota,
 Huc ades, et me quadrijugo simul excipe curru,
 Perq; Erebi uastas sedes, perq; aurea coeli
 Me delubra pater ducta, remq; ordine pande
 Venturam, et qui sit fatorum immobilis ordo.
 Postquam confectum mortalibus est breue uitæ
 Currulum, tenebris ubi Mors adoperta calorem
 Ita extinxit, nec quicquam auditq; uidetq;
 Pallidulum, mutum, prorsusq; exangue cadauer,
 Osse potes peragrare animam loca cognita nondum.
 Nam pater omnipotens, et qui cui maxima cura,
 Prospectans hominum mentes, scelere undiq; turpi
 Tabenteis, longè à patrio secedere celo,
 Nec reclamantes animos rationibus usquam
 Deduxisse illos uitiorum è mortice turpi,
 Supplicium horrendum statuit: quas pendere poenas
 Ab miseros cogit, cruciatibus ab quibus omni
 Affectos iubet esse æuo tellure sub ima.
 Illic uipereis turba est accincta flagellis,
 Ox ibi perpetua, et semper caligine nigra
 Et domus attonita, et graue oleni sulfure fumum
 Ignivomi eructant montes, atramq; fauillam.
 Unde fluunt undis septem feruentibus amnes,
 Qui simul immensum circunfluxere barathrum,
 In glaciem montes, ipsi hi uertuntur in ignem.

Huc

Huc fontes animæ scelerum grauitate feruntur
 S ponte sua: neq; enim superas se tollere ad auras
 Concretae uitijs possunt, cœlumq; tueri.
 Quales nocturnæ uolucres ubi Lucifer alto
 Exerit Oceano caput, & radiantia Solis
 S picula discutunt tenebras, lucemq; reducunt.
 In tenebras sese abiiciunt, ultroq; feruntur
 Quà deserta magis, quà sint tenebrosa sepulchra.
 Huc ubi deuentum est, informes undiq; laruae
 Conueniunt, & supplicia ad crudelia cogunt.
 Pars circum insultans horrendis uocibus instat,
 Pars urgens facibus medios deturbat in ignes,
 Flammarumq; globos, ubi seclis mille peractis
 In glaciem proiecli altam, niuibusq; sepulti
 Per langore, & genitu nequicquam tartara complent:
 Namq; ubi quingentis riguerunt frigore seclis,
 Inferni austri amnes latè feruentibus undis
 Insano magnos contorquent uortice montes,
 Fluctibus his mersi torrentibus, ut mala passi hæc
 Seclis sexcentis, repetunt ex ordine prima
 Supplicia, & nusquam miseris datur hora quietis.
 Nec sum animi dubius, multos ut inania nostra
 Carmina risuros: quoniam quæ corpora non sunt,
 Non flamas, frigusq; pati, non uerbera rentur.
 Est hominum hæc audacia, quos prescribere cœli
 Non pudeat Regi, quid enim, quod iusserrit ille,
 Non fieri fac uelle, idem qui carcere clusit
 Mortali immortalem animam, quæ corporis expers

C ertè erat, efficiet, ne qui ditissimus eris,
 D iues agri, regi assimilis luxusq; epulisq;
 O mnis cui longum blandum obscena uoluptas,
 I mpia quicq; arma, & crudelia bella securi
 E t uitæ leges radicitus euerterunt,
 P remia sint eadem accepturi, atq; optimus ille,
 Q uisquis is est, spredo qui regno, atq; ædibus altis
 P auperiem, & duros potuit perferre labores.
 S anctum hominū genus hoc, uerae qui ad commoda uitæ
 C onfluxere, illu non cura ut regia uelis
 V elaret leues humeros, nec laffide longi
 V t pellucidula pulchre digitæ ornarentur:
 N on dapibus mensas onerare, ostroq; superbo
 D ifcubuisse super, non tempora fundere uino,
 N on delibito foro peruolitare capillo.
 D ij quanti, qualesq; viri, quam fortiter ausi,
 I n flammis illi abiecli, & crudelia passi
 S upplicia, iniusti, duriq; ante ora tyranni
 H aud uinci potuere, aut in contraria ferri.
 O fortunati quorum mens conscia recti,
 S aluete aeternum heroës, quos aurea Diuum
 R egna manent, nusquam casura fluentibus annis:
 N usquam illic curæ, nusquam dolor: omnia lata,
 O minia tutæ, animas tenet omneis una uoluptas.
 A t contrâ tenebris clausos, & carcere caco
 L uctusq;, & curæ tristes, & sedulus angor
 O pprimit eternum, & qui unus dolor altus habetur,
 I am norunt, folio ut poterant considere Diuum,

Vt poterant hominum, & cœlestium adsistere Regi,
 A eternumq; frui luce omnipotentis Olympi.
 Nec uero si forte aliquis bene uixerit, usquam
 Deq; uia recti paulum declinet, in oras
 Luminis eternas subito properare fatendum est:
 Ipsi etiam labo affecti, utijsq; leuati,
 Quies longum obsecsi fuerant, recta ire putandi
 Non sunt ad superos, ueluti cui plurimus insit
 Visceribus dolor, & pigris uis tabida membris,
 Non prius ad rectos potis est accedere sensus,
 Vt iam iam amissæ redeant in pristina uires,
 Ingenue quisquam nisi doctus Apollinis artem
 Adsit, iam suetus curare salubribus herbis
 Membra diu uitiosa, modis pallentia miris.
 Multos ille quidem succos, multosq; liquores
 Miscere instructus, Dictamum, Absynthia tetra,
 Doctorumq; hominum præclara inuenta ministrat.
 Sic pater omnipotens, & qui cui maxima cura,
 Qui bene de patria merui, & virtutis amore
 Multa diu paſsi, si qua admisere pudenter,
 Et quos pertæsum est scelerum, pacemq; per aras
 A eternum petiere suas, non destinat Orco:
 Unde haud egressus patet ullus, & astia claudunt
 S excentum pondo, & multa rubigine uectes,
 Sunt Erebi geminæ portæ, quarum altera Solis
 Spectat ad occidui terras: hac undiq; tristes
 Succedunt animæ uitæ fugiente calore:
 Hanc ualue nullæ claudunt, sed limina pernox

I p̄sa Dolor seruat, spinas egrè inter acutas
 I le iacens, squallet macie, & uix osibus h̄eret,
 A trox, terribilis, dextram, & leuam implicat angue,
 L atè oculis ignem spirans, mirabile dictu,
 L etiferum spumis mixtum uomit, ore uenenum.
 V estibulo is positus custos, sacra ostia seruat,
 N ec reuocare gradum quenquam finit, altera longè
 P orta est, purpureus qua Lucifer exerit ante
 P hoebos radios iubar, & noctis fugat umbras:
 H ac iter ad superos, siquando h̄ec ipsa pateret,
 H ac iter Elysium, qua Rex stellantis Olympi
 T raduxit notos diuino carmine uates,
 P ost illa clausa, & Regis signata sigillo est.
 S ed quia nec digni calo, nec carcere claudi
 I nferno, statuit Rex equus, & optimus ille
 D elere assumptam labem, decus, atq; uigorem,
 A uramq; aetheriam donis felicibus auctam
 R eddere Dijs similem, & dignam penetralibus altis.
 E rgo quale aurum accensis fornacibus igne
 E xcoctum multo, tabem felicius omnem
 E xuit acceptam, & formam magis induit auri:
 S ic animæ, quas ille diu tenet acrior ardor,
 A eternum abiiciunt concretam corpore labem:
 N am gyro aërio, quâ corruit aureus ignis,
 V icinasq; urit nubes feruore corusco,
 E xtremas inter diffusilis aëris oras
 P anditur hisce animis sedes uenientibus ultro,
 Q uaq; magis grauitate carent, sese altius auris

Aetherijſ

A etherijs tollunt, donec iam funditus omnis
 T orrenti flamma uitiorum exaruit humor,
 A tigre exesa omnis circum rubigo fatiscit.
 Sic res ipsa quidem est, sed quam non cernere quimus
 Ipsi oculis, rerum haud gnari, incertiq; futuri:
 Sed neq; ob id falsa est, quando quæ dicere posim,
 Sunt sexenta quidem, quæ qui non uiderit, esse
 Falsa putet, uisa hec dubio procul autumet esse.
 Quid si ego dixisse, ferres nisi cognita multis
 Preclarè scriptis hominum res tanta fuisse,
 Asperpiceris fontem manare Cyrenis,
 Qui noctu latè torrentibus astuet undis,
 Nocu dum tenebris humentibus omnia frigent,
 Et Phoebe auratis incedit rosida bigis:
 Cum uero lustrat radijs Sol igneus orbem,
 Ardentiq; omnem calcedit lampade terram,
 Per Libyæ perquam gelidus labatur arenas.
 Huc illud quoq; nunc spectat, quem nomine Graij
 Dixerunt Magneta, lapis miro attrahit usu
 Quodcumq; obicitur ferrum, tactumq; quod illo est,
 Dicit et hoc itidem ueluti magnesia cautes.
 Huc a gesis simul accedant adamatina saxa,
 Non iam concordi studio compacta tenentur,
 Inq; odium mutatus amor, conflataq; longè
 Inuidia ut soluant cogit uincula illa repente.
 Rederet an quisquam? nisi res quæ cognita iam tum
 Ipsa fidem faceret: nam queis rationibus isthuc
 Conserui posset, nihil est quod nosse queat quis,

D octa licet summi fuderunt carmina uates:
 F abula nanc; noua est per crebra foramina ferri
 M agneta insinuari, est quod leuis abditus aer,
 E t caua conueniunt plenis conamine magno:
 N on adamas etenim magnetem excluderet omnem,
 A eraq; quae multo caua sunt magis, arida secum
 A ttaherent, stipulamq; et ligna absunta senecta.
 N eue ego te exemplis externis demorer, addam
 N ota domu aſidue, quae quondam incognita, quid ni?
 F allaci hac aequi fieri ratione negasses:
 S axa ubi gypsati effoderunt grandia serui
 A criam acclivis posituri in collibus arcem,
 A rte laboratus super antra exesa caminis
 C ongeriem statuunt in formam forniciis alti:
 N ec manus agricole duri rescindere ferro
 A nnosam quercum certant, atq; arte magistra
 A ridulus nigram lignis explere cauernam:
 I nde ubi forma pyra structa est, ex ignibus ignem
 I ngentem paruis augent, sonat ardua saxis
 C ongeries, cæcis fornacibus ignis anhelat.
 I lli instaurantes ornosq; et fissile robur
 S ubiſciunt, fruticesq; leueis, stipulamq; sonantem,
 I n bibulum cinerem quo saxa immania uertant.
 O ptimus hic operi cinis est: qui frigidus esse
 P rincipio uifus: quem tu si asperferis unda,
 I gne graui exuri circum uicina uidebis,
 E t magnam attolli torpenti è puluere flammam.
 Q uod si pingue oleum fundas, alimenta uidemus

Quod

Q uod tamen esse ignis, subito uis deperit omnis,
 F lammaq; continuo uictrix perfusa repressa est.
 H uc agebis animum referas: qui debuit unda
 A uxilio esse igni duo que pugnare necesse est,
 E t flamas extingui aspergine pinguis oliu*s*
 Q uod si iam nos*t* rationem reddere dictis,
 I pse quidem nihil obsto: etenim facile esse uidetur,
 Q ue quiuis spectet, rerum iam effingere causas.
 O mnibus hoc adeo est uitium mortalibus ægris,
 V t notæ rei causas scrutentur, & omnes
 V ulgata illustrent dictis, quis semina flammæ
 N esciat in silicis concreta, atq; abdita uenis?
 Q uis non in baccis proceram stipite laurum
 N ouit inesse? fuit tamen hoc mirabile quondam.
 M ulta quidem nunc esse liquet præclaræ reperta,
 Q uæ fieri nunquam dixere prioribus annis.
 N am que res illa est: & non imitabile fulmen:
 R es aliter cecidit, positis incudibus urbes
 I am magna ferrum excent, fit fistula qualem
 N on oculis, non ipsi animo uidere priores,
 F istula missura haud nequicquam ferrea bombos,
 A ut conflata ære ex cocto, liquidisq; metallis
 P ræruptas arces caua deiectura columnæ:
 I nuentum præclarum, ingens, quod nos quoq; cœlo
 E xequat, Ioue nec solo iam maxima cœli
 P orta tonat, tantum non iam se iactet alumno
 I da suo, & Cyclopum opera Vulcania tellus.
 N anq; ubi perfecta est moles, treis sulfuris addunt,

LIBER

T reis falsi partes nitri, treis pulueris atri
 E xusta ex corylo, aut lignis quorum indiget usus,
 P arte alia informant immani pondere glandem
 S tridentem duro ex chalybe, plumbō ue recoclo,
 M ox igne admoto misceri murmure coelum
 I ncipit, et tonitru horrendo concusa uidentur
 A equoraq; et terra, et domus omnipotentis Olympi.
 A t per terricrepo sonitu picea undiq; nubes
 A ttolit se eructans flammam, atramq; fauillam:
 A t simul irripit uis eius, et impetus acer,
 P rocumbunt turres, æquatiq; machina celo
 C orruit, atq; altum dant saxa aulsa fragorem.
 Q uin et dum aduersis acies concurrere signis
 C onstituant, fortesq; uiri prorumpere cornu,
 V idi ego sublato flammis ex aggere nimbo
 S ulfureo heroas correptos fulmine centum,
 I gnuomo centum transfixaq; pectora plumbo:
 D umq; iterum, atq; iterū molis frigor intonat ingens,
 V mbones, ocreas, galeas, ensesq; uerutaq;
 V no iictu cadere, et coaceruari aggere magno,
 E t latos multo respergi sanguine campos,
 A ltaq; maiori dilabi flumina cursu.
 F are agē, uel falso est? et non imitabile fulmen?
 E rgo multa modis miris fateare necesse est
 E ssē quidem non nota homini. penetralia Regis
 Q uis superū inuisit, nisi quos Deus æquus amarit?
 Q uis ue Erebi uastas sedes, nigrasq; lacunas.
 A ccessit, uictorq; pedem cum laude reflexit?

O felicem

O felicem illum uirtute, & munere Diuum,
 C rede olli:nam uera canit.
 T reis igitur sedes statuit pater optimus ipse,
 Q uando non eadem nobis est palma parata.
 S cilicet hoc sanctum est, nequid sperare precando
 D esuncti uita possint: sua præmia quenq;
 C erti manent, firmo certaq; ex ordine poene.
 H oc est iustitiam colere, & prestare Deum sc.
 N on etenim leges, hominum quarum indiget usus,
 I ustitiam expendunt, est qui uetus Hymenæos
 C ontemptor Diuum inuasit, ferroq; parentem
 P erdidit, & bello ciueis, fratresq; ueneno,
 V t parta insidijs liber regnaret in urbe,
 O mnia fanda, nefanda ausus, quem ferre minores
 C um iam non possent, uictum popularibus armis
 D icere iusserunt causam acclamante corona:
 Q uare hominē usq; inuisum inter patria arma tremetē,
 P allentemq; modis miris formidine poena
 A d foræ sublimem rapiunt, ibi poplite utroq;
 S ubmissò caput ense humeris auellitur altum.
 N on dedit ille quidem poenas, quas debuit, annos
 V t pote qui multos alacris mala gaudia mentis
 P osthabita est adeò insanus uirtute secutus,
 M olitus cædemq; uirū exitiumq; bonorum.
 E rgo aliâs poenæ dandæ, nec morte dolores
 F iniri sperandum: etenim sunt ultima nunquam
 S ecunda illuc, & eternum ubi uita labore referata est.
 T u'ne diu Baccho indulgens, Veneri q; nefandæ,

P auperis agricolæ pinguem populatus agellum,
 O ra, manusq; tui respersus sanguine fratri,
 N on hic morte obita ast illic dabis improbe poenas.
 S cilicet incolumis sextum iam consul in urbe
 A tq; iterum fias, et tot demiseris ense
 E gregios diro ciues pallentibus umbbris,
 S angue sudarit, belloq; exarserit orbis,
 L umina tu patria elaudas securus in aula?
 E t iam sub terris placide, eternumq; quiescas?
 N on ita, mi poenas seelerata in morte rependas.
 N on ibi iudicium corrumpes, nec reus auro
 T e redimes grandi, nec cincta altaria circum
 E ffigies sanctorum hominum funeralibus altis
 T e te igni eripient, aris impostaq; thura:
 N on in iudicium uersis crudeliter armis
 R eslitius dominum te te: sed tristia tandem
 F unera post porrò faciet manifesta fidem res,
 E t que sint poenæ, mihi post narraueris ipse.
 D ifce Deos colere, et dignam Dijs degere uitam,
 Q uin te animo constans instringis fortiter? et te
 A ffiras: dictis sapientum assuefec moneri.
 N ec uero inuentis Gratium nos credere par est
 O mnibus: st etenim nimurum Graecia mendax.
 N am quo illud spectat? post tristia funera rursus
 I mmemores cupiunt in corpora uelle reuerti:
 F abelle Graecorum hominum: quid corpora linquunt
 P rima animæ: quid solui opus est, in corpora rursum
 C laudendas, uita quas cogas rursus abiens?

Nascendum

N ascendum toties, si sit toties obeundum,
 N ulla manet requies hominem, sedesq; beatæ
 N usquam igitur, quid tu mihi de flavo Radamantho,
 Q uid mibi de elysijs tot garris Græcole campus?
 Q uid mibi felices fingis dicisq; beatos
 A eternam, in mala quos opus est, luctusq; redire?
 A dde illud delirum itidem, quo expendere poenas
 C omonstrant animas scelerum, petere horrida fontes
 C orpora scelorum, et pecora inter degere uitam.
 E t quod ridiculum est, aiunt, ut turpis adulter,
 F lugitium ne impune ferat, muliercula fiet,
 I psa uiris que se prosternat corpore toto.
 P oenarum egregiæ laudes, præclara reperta,
 F lugitium scelere ut cumulent, et crimine crimen.
 A d nos ergo animum refer, et uerissima dicta
 A cipe sis, mentemq; adhibe, quam impellere uerbis
 V eridicis possum, et uersu perfundere dulci.
 P ostquam sat terris actum, molemq; operosam,
 L ongè uiam mundi mutari ex sedibus imis
 C elicolum uisum Regi, nec iam amplius ulla est
 P rogenies hominum cœli uentura sub axem,
 I udicium siflet Rex omnipotens Olympi,
 I udicium firmum, sanctum, ingens, quo genus omne
 O mne hominum in conuentu aderit, qui in luminis oras
 A duenere utquam, citius, seu serius illos
 S ecla tulere, dies pariter quos abstulit atra.
 N on tamen id clam, aut obscurè contingere par est
 I us summum, ius acre, manent certissima signa

Temporibus

T emporibus certis, atq; altè terminus hæret.
 P rimum etenim misere ardebit terra undiq; bello,
 E t populi, Regesq; frement, sub foedere pacis
 E uertent socij sutorum funditus urbes.
 V exabunt alij patriam ciuilibus armis,
 E t desyderio, diraq; cupidine cædis
 V ulgo alacres tereti plangent causa tympana uirga,
 E flabuntq; tubas, et raucis cornua bombis.
 V astabunt agros pallentes cæde coloni,
 I ncident pagos alij, et splendentia aratra
 I pse ipse horrendos pastor conflabit in enses,
 A d bellumq; ultro dirum armentarius ibit.
 R ura colet nemo, nusquam tellure subacta
 V omere ducentur posito ad presepio tauri.
 F rugiferi nusquam campi, rubus asper ubiq;
 E t densi surgent frutices, lappæq; tenaces,
 R astrorumq; expers, et aduncæ uinea falcis
 I ncultis dulces committet sentibus uiuas,
 E t longo crescent proceræ palmitæ uites,
 E t spissis nimium aëria ramalibus ulmi.
 H inc ubi bella colent arua, et pax candida cesit,
 V ndiq; prouenient frumenta angustius agris.
 Q uod si cura hominum accedit, rursumq; per artem
 Q uisquam agros moueat, nullam pater ipse colendi
 T um uolet esse uiam, frustra insectabere rastro
 A fiduu terram, frustra admiteris aratro,
 N ullæ tum segetes, nulla frumenta sequentur.
 N am talpæ Solis uisuri lumina nunquam,

Curculioꝝ

C urculioq; uorax, et longo uentre locusta
 S ubripient quæ quis mandarit semina terræ.
 A dde etiam ingenteis pluviis, et tempore iniquo
 T riticeam in segetem latè Boream insultantem.
 A dde grauem dura concusam grandine aristam,
 C um iam flava Ceres latis rideret in aruis:
 M ox foeda ex Orci tenebris adrepet Egestas,
 M ox et dura Fames ruet, et radicibus herbas
 A uulsa, glandemq; feret mortalibus egris.
 O miseri quos dira lues, quos triste manebit
 E xitium. tu' ne ò cœli Rex maxime, et idem
 O ptime quid: tu' ne ab tantas spectabis ab alto
 A erumnas hominum, nec te miserebit, Olympo?
 I ra quousq; tua ò bone Rex?
 S cilicet id firmum est, atq; alta mente repostum,
 E t fatale quidem, nec tum tractabile numen:
 E sto, haud fas seruos Regi prescribere, Regi
 P arendum: fuerint quacunq; ea fata feremus.
 E rgo pestilas acris, miserandaq; cœli
 I ncumbet populis uitio, sine ciuibus urbes
 F unestæ invisi poterunt, sine rura colonis.
 E xcedent dulci uita, nec ducere puram
 E ccelo quibunt animam, spirabile quando
 C orruptum latè strages dabit, et graue olientis
 V ulgo foetorem lacus exhalabit Auerni.
 T um iuuenes olim florentes, cum breue uitæ
 V er agerent, dura iam fessi etate parentes
 I nsatiabiliter srebunt, moestæq; sorores,

Dum

Dum flavo longos soluent à uertice crines,
 Pallidulae efflabunt super ipsa cadauera uitam.
 Nec minus interea falso præcepta salutis
 Inscrivent alij, contraq; edicta piorum
 Acchantes edent insana uolumina uatum.
 Tum perterrcrepi sonitus per uiscera terræ
 Irri exauditum certum est, & motibus orbis
 Insolitis, circum ex coeli domus alta tremiscet:
 Proculbus succusse urbes, turritaq; tellus
 Excutiet magno senior iam pondere nutans
 Q uod diu onus tulerat longo post tempore collo.
 At dum terribiles minitatur terra ruinas,
 Et motu ingenti magnas tremefecerit urbes,
 Non face Sol rosea ex alto se ostendet Olympo,
 Sed caput obscurum densa inter nubila condet
 Tristis, egens lucis, concedens is quoq; fatig.
 Lunai globus ipse etiam tabescet, & astra
 Per noctem, ex undis ex cum iam sugere eois
 Daberet Phœbus, nonnulla cadentia cernent
 Attonti passim iunenes, trepidæq; puella,
 Et tunsæ palmis longæ uæ pectora matres,
 Perculsiq; senes late formidine Diuum:
 Inter ea nigrantem insana per æquora nimbum
 Fulminibus grauidum ferri, & maria omnia arenam
 Uomere, & magno compleri murmure pontum
 Acliues portus, iamq; oppida consternantem,
 Et falsos coeli tollentem ad nubila fluctus,
 Horrentes populi rerum nouitate uidebunt,

Hinc

Hinc ueriti, pater Oceanus spumantibus undis
 Ne ruat in terras, medium & salis omnia fiant,
 Ad iuga confugient prærupta, & rupibus abdent
 Se conuexis, O æternumq; beati,
 Et uerè, dicent, qui olim melioribus annis
 Occubuistis, erant uobis qui ponere terra
 Vos possent patria, & tumulo concludere auitos:
 Que nos exercet, que nos Diuum ira fatigat?
 Antra graues hominum uos ò miserata labores,
 Que nobis restant, ad que configimus antra
 Corruite, integite, & finis uos sunt malorum.
 Has dum sollicito fundent de pectore uoces,
 Et tristi miseris iterabunt ore querelas,
 Audiet omnipotens, & maiestate uerendos
 Diritget ad lachrymas oculos perculsus amore.
 Mox igitur tonitru horribili fulgentia tempa
 Concupiet cœli, liquidum flamma æthera lustrans,
 Quo syluae, montesq; feri, & tremet undiq; tellus,
 Et iactata frement ponti tumida æquora circum:
 Ter solio assurgens, tensa ter pectora dextra
 Contingens leuiter, magni sacraria cœli
 Iurabit Diuum pater immutabile uerbum.
 Ergo purpureum quâ Sol caput ostendebat,
 Mane nouo lucem referens mortalibus aliam
 Procedet, radijs ardentia signa coruscis,
 Signa directi superum Crux aurea Regis:
 Cui quondam (quid nunc totum uulgata per orbem
 Arminibus repetam?) uitam sub imagine degens

Humana

H umana Rex est ultro suffixus Olympi:
 V it, quas nos scelerum par esset pendere, poenas,
 I pse dareti: pietatis est celestibus ardor.
 S uftulit hæc ubi signa igitur dux maximus, arce
 E x cœli creber tonitus, clangorq; tubarum
 C omplebunt omnem raucis mugitibus orbem.
 I n summum deducta locum, flammescere cœli
 I ncipiet moles longè cendentibus auris,
 A nsanctiq; graues fauces, et trifis Auerni
 I gnitam efflabunt animam, nec tempore quo quam
 A ntra aetnae nigram magis euomuere fauillam,
 F lammarumq; globos, uastis nec hiatibus æquè
 E xpirare ignem tellus est uisa cauernis.
 P ersæpe interea sumantes ethere ab alto
 P rorumpent acri piceæ caligine nubes
 F ulminibus grauide, latè exurentibus omnia.
 I am mare, non mare, at exustæ magis æquor aenea.
 H ac urbes, eadem et montes incendia magnos
 I n cinerem, et cœli fulgentia mœnia uertent.
 H ac rerum summa, hic ipsum manet exitius orbem.
 N unc uigor omniparens cœli de uertice summo
 A ggregere ò, cantusq; moue, et sancte ignibus illis
 I gnauum flagrans aternis excoque pectus,
 V nde meam uox firmâ magis mentem ipsa sequatur
 A rcanas rerum leges, et fata uidentem.
 Q uippe nouum terris video lucescere Solem
 L argius, et liquido uestiri lumine mundum,
 A c rerum uarias confestim sumere formas.

Gramen